



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Secundo die Lunæ Quadragesimæ: De discessu Christi & morte in peccato. Dixit ergo eis iterùm Iesus, ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

S V M M A R I V M

HOMILIAE DECIMÆ TERTIÆ SEQVENTIS.



OMPECTITVR hoc Euangelium minas illas horribiles, quibus Christus terruit Iudæos, quod discederet, eosque desereret, ac in peccatis suis morerentur. Hic septem notantur punita. Primum: quod his minis eorum intenderet conuersionem. Secundum: hoc esse Dei grauissimum terculamentum, Ego vado, vos deseram b quod etiam ipsi Gentiles intellexerunt, & paruit exemplo in Iudæis c. Tertium: Ex sua Deus non discedit voluntate, sed eum eijciunt d. Quartum: Mors illa absolute mala est, quã quis moritur in peccato, & illa bona, quã in gratia discedit e. Quintum: Quisquis peccat iuste timere potest mori in peccato f. Sextum: prædicere possumus, ille morietur in peccato qui fuerit obduratus, vt Iudæi, g quod subtiliter explanat David h.

- §. 1. Ostendit Deus quã inuoluntariè puniat peccatores, cum ipsos præmonet, vt se emendent.
- §. 2. Misa sunt he terribiles Dei. Ego vado: pro vt Iudæi cognouerunt, & Samuel declarauit.
- §. 3. Est Deus vita anima, quo discedente moritur, nec opera vite valeat exercere.
- §. 4. Anima per peccatum mortua, opera vite non potest exercere: & quæ bona facit, filij sint producti in seruitute. Pater quoque quod peccatum sit locusta, bruchus, rubigo, de quibus Iouel.
- §. 5. Vt opera vestra bona sint vit alia, prius viuat anima, deserat peccatum anima homicidam, illo purgata Deo sua offerat sacrificia.
- §. 6. Hòc velut supremo terculamento percussit Deus populum suum: Ego vado. Et in historia Samsonis indicauit.
- §. 7. Sicut hac summa censetur anime calamitas, si eam deserat Deus; ita summa eius dicenda felicitas, si secum Deum detineat.
- §. 8. Supplicium contra ira diuina pronocatores grauissimum est, Deum eos deserere.
- §. 9. Gentiles, intelligentes se sine Dijs viuere non posse, illos clauis consuebant, catenis col-

ligabant, i-timisque laribus abscondebant. Quid vero tu b Christiane?

§. 10. Lucta Iacob fuit cum Iachrymibus, & quada petebat hoc erat ne a se discederet.

§. 11. Præuidit Iacob Iudæorum calamitatem, quod eos Deus deser. r. t. illos depiorat, quã carerent defensore. Euntibus Cherubim, pariter & templi curtus progrediebantur.

§. 12. Abente Deo mansit ille populus, vt spelunca, leone egresso, quam quilibet serpens ingrediatur.

§. 13. In peccato vestro. Abit Deus: quia illum eijciunt: ipse quippe in anima desiderat habitare.

§. 14. Homo ipse Deum eijcit, ipse sibi maius adferri detrimentum, quã omnes creatura simul vnite ei possunt adferre.

§. 15. Deus proprio motu non occidit hominem, ipse sibi homo per peccatum procurat mortem.

§. 16. Peccare est sibi mortem acquirere; proprium hoc peccat: stipendium, ob quod iustè mortui sunt Iudæi.

§. 17. Mala mors ea tantum dicenda est, quando quis in peccato moritur, vt probant D. August. D. Chrysost. & D. Ambros.

§. 18. Ea sola mors bona est, quæ est in gra-

- ia, qua autem est in peccato, qualiscumque sit, mala est.
- §. 19. In peccato vestro moriemini. Quisquis peccat, mori timeat in peccato, cum quia dum peccat, contra cum fertur sententia, idem quia valde possibile est mori, quam primum peccauit.
- §. 20. Tertio: timeat mori in peccato: quia ex eo sine diuina gratia non resurges, qua iuste quibusdam denegatur.
- §. 21. Quarto: timeat in peccato mori, qui hoc committit: qui enim suo sibi inimico, eius manibus moritur.
- §. 22. Qui peccant, fidentes se penitentiam adiuuos, percunt, sicut illi quicum schedula gratia suae vendunt possessiones.
- §. 23. Praenuntiari potest, quod in peccato moritur, qui sicur ille in eo perseverat & est ut argentum Hieremie vel arbor D. Bernardi.
- §. 24. Peruersè confidit de Dei misericordia & propria libertate, qui perseverat in peccato, quod & illam non meretur, & in hac insinuat.
- §. 25. Difficillimum est sanare eum, qui in peccato perseverat, sicut malis temporis demonium.
- §. 26. Morietur in peccato, qui in eo perseverans, inflexus haeret, ut ait Dauid, in interitum quem fecit.
- §. 27. Multis peccatoribus in morte accidit, quod Sisara, cuius vox est. Echo: perterret visio D. Theresie.
- §. 28. In extrema mortis hora multis euenit peccatoribus, quod gubernatori, cuius aues tormenta clauis obstruuntur.
- §. 29. Perseuerare in peccato, est anima pedes religare, ut in illo moriatur: Et pluribus de causis tales vocat Isaïas, illufores.
- §. 30. Morietur in peccatis suis, qui ea multiplicat, ut nexes caecos quos in hora mortis non liceat rescindere, sed dissolvere.
- §. 31. Morietur in peccato qui illud, ut Pharaon mare ingreditur eiusque manibus occidatur, velut Saul Ama'eicitæ.

HOMILIA XIII.

DE DISCESSU CHRISTI, ET MORTE IN PECCATO.

Secundo die Lunæ Quadragesimæ.

Dixit ergo eis iterum Iesus, ego vado, & quaeritis me & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.

†



ERIT nos Christus hilariter excepit, gloria suæ splendore recepit, ac vitæ æternæ exempli ad sui fortiter vimanit obsequium. Hodie nos a terrena mortis, nisi vobis nostris abluamus, percellit terribilamentis. Herieum ex illa parte vidimus ad nostræ pusillanimitatis stimulum, hodie illum ex altera consideremus ut nostris ad peccata frenam cupiditatis iniiciamus. Hoc indicat D. Gregor.

quod verba hæc Regis Saül possimus accipere Lib. 1. in quasi dicta predicatoribus, qui viso saxo argenti, e. 14. ait: Velute ad me iam nunc saxum grad. Num mi R. f. saxum illud ex vi a parte conspexisti? Reuolue 1. R. 14. illud ignis ex altera. Adelt. D. Paul. qui nobis, 33. eius sic illud saxum, ex onat: Petrus autem erat. 1. Cor. 10. Christus. Et bene magnum (infern. D. Gregor.) cum illud viderit Dauid ita accere: ille, ut in pleter terram: Factus est mons magnus. Et in 1. ut Dan. 1. terram. Vidisti? Inustum heri, ex illa parte glo. 35. riolum diuinos emittente radios deliciarum, reuolue

Lib. 11.
cont. 8
Fay.
cap. 19.
Exod. 14.
24.

reuolet illum ex altera, & cum hodie confidera, radios eubrauentem iræ ac indignationis, tremendis minus non minus quam mortis sempiternæ. Pende modo (monet D. August.) prodigiosam illam columnam ex vna parte clarissimos ei i-brantem radios, quibus populum Israël alacrem comitaretur, & de rubri maris fluctibus educeret incolumem; & hanc eandem ex altera igneos exsufflantem radios, tremendos, confluentes, quibus perduellem Pharaonem, eunctumque eius exercitum mortis perpetuæ fluctibus abstereret. Vidisti heri cœlestem illam columnam illuminantem ac gloria Maiestatis coronantem Moysem & Eliam, quæ tanta montem perfudit luce ac lætitiâ, vt ex illa repleret dilectos suos Petrum, Iacobum & Ioanem, & in ipsis nos omnes Christianos? Illam hodie pende terribilem, comminatorem, ignem confluentem lapideis istos Phariseos, Scribas, Pharaones, peruersa sua intentione obduatos, quæ Christum persequerentur, vitamque tollerent Deiciat. Describit nobis hodie Euangelista D. Ioannes, quod Dominus concludat cum illis suas rationes, instar expertissimi medici; si offendat infirmum tam peruersa qualitate laborantem, vt nulla ei prosit medicina, quinimò & salubrioris ac efficacioris conuertat in mortis venenum: hoc agit quod olim illi cœlestes medici Angeli, quos miserat Dominus Babilonem curaturos, qui vt nullam viderent ei prodesse medicinam, dixerunt: *Curauiimus Babilonem & non est sanata, derelinquamus illam.* Aduenit cœlestis ille medicus, suscepit horum infirmorum curandam salutem, erat autem eorum infirmitas adeo refraga, vt efficacissimis remedijs redderentur nequiores. Apponit verbum suum infirmis, melam tam efficacem, vt vnicui ac solo sermone restaueret vniuersa, ait inelyta Christi Martyr Agatha. Verbum illud leprosos mundabat, cœcos illuminabat, claudis gressum solidabat, paralyticos erigebat, infirmos sanabat, addo plura, mortuos ad vitam reuocabat, sepulchro exurgere iubebat etiam quadriduanos. Præinde iure merito de illis aiebat D. Petrus: *Verba vni aeterna habes.* Cum talis sit illa medicina, illis nihilominus in venenum vertebatur mortiferam: prolixiori enim concione ad eos à Christo habita, refert idem Euangelista, quod vt demoniaci contra eum insurgentes, illi vitam auferre moliebantur: *Propetere quererent eum Iudei interficere.* Vnde & ipse eis Saluator ait: *Quæris me in effice: quia sermo meus non capit in vobis.* Diuinae lucis eius radijs obtenebrabantur, ex beneficijs sumebat

eorum perversitas incrementum, optimisque remedijs pessimi euadebant. Sufficit modò, ait Christus, cum enim res sic se habeat, vt quidquid prædico, dico, doceo, opetor, vobis nullum adferat emolumentum; cum tam infeliciter succedat, quidquid inter vos & vobiscum ago, nec mea vos lux illuminet, nec bonitas emolliat, nec doctrina doceat, nec miracula mea commoneant, rationem concludamus, hoc mihi constat, vos deserere: *Ego vado, & quæratis me, & in peccato vestro moriemini.* Prosequitur Christus hanc orationem minus exhortendis, quibus tamen iam immisceat miseriam ordiam, cœlesti quædam admonitione, & doctrina, declarans illis, quis esset, nimirum omnis boni p. incipium. *Ego Principium;* & quid illis sit in salutis lux remedium peragendum: & quò plura Christus illis dabat monita salutis, eò longius à via salutis delirabant. *Non cognouerunt quia Patrem suum dicebat Deum.* Illos Saluator deseruit, & insequatur eos perditio, & mors, eo modo quò Christus illis fuerat vaticinatus. Diuina placeat bonitati, vt quod in illis aduertimus supplicium, nobis proficit ad vitæ conversionem, negligentia nostra excitationem, & remedij salutis inquisitionem. Sic erit, si nos ipse sua foueat gratiâ, hanc quoque consequemur si virgini Mariæ proni supplices manus tendamus, eam salutantes. *Aue Maria.*

§ 1. Ostendit Deus quàm inuoluntarie puniat peccatores, cum ipsos promoneat, vt se emendent.

Intendit D. Hieronym. quibusdam respondere 2. **I** blasphemis quorundam hereticorum (erant lib. 1. in c. autem Manichæi) & adeo mentis ac frontis 3. Amos. perfrictæ, vt Deum tanquam crudel. m. accusarent, talemque coram omnibus promulgarent. Hanc suam insaniam probare conabantur præcipue verbis Amos propheta, quibus declarat quod Deus ipse sit qui cunctas immitteret aduersitates, mo bos, calamitates, quicquid de munus mali in hoc mundo mortales patiuntur: *Si est malum Amos 6. 3. in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* Ecce (in 6. quunt) an non Deus, qui statuit ea omnia damna I. & aduersa patrare, quæcumque sub sole conspuimus pestem, incendia, cædes, grandines, fulgura, chazorum tra, quibus enecat, incendit, consumit, dissipat, dis-ha resis perdit; & cum ille sit qui mala hæc omnia in ci-refelluitate faciat, nulla domus est quæ suum non patet. tiatur cruciatum: hic filium interimit, ibi tollit filiam, hic illam febribus accendit, ibi alterum extremis enecat doloribus, quibus exclamat gemibundus,

Ioan. 6.
49.
Ioan. 5.
18.
Ioan. 8.
37.

Hieron. Bepi. de Lanza Tom. II.



mibundus, ibi maritum ad uxore dimittit, hic vi-
 duam pauperulam deprimit totam lacrymis
 insulam, ibi filium auferit, cuius morte domus ca-
 ret successe, funebri luctu circumamicta, & si
 ipse mala omnia faciat, ipse est, qui omnes extre-
 mis vrget difficultatibus. Quis vniquam Neronis
 animus adeo in Romanam urbem l. humanus: Et
 quod Pharaonis cor adeo barbarum ac ferum,
 quodue monstrum facultate vixit orbis, quod tan-
 tam edidit stragem filiorum, martorum, vxotum,
 parentum &c. ? Hoc quoque notabant, quod ne-
 dum illa faceret, sed ipse se de hoc verbis praefa-
 tis iactaret latibundus ? *Si est malum in ciuitate,
 quod Dominus non fecerit : q. d. An non aduerfi-
 tates, calamitates aduentas, quibus iactamini, per-
 dimini, consumamini ? Alium de queratis eorum
 auctorem praeter me, eas mitto, ego ipse vos his
 intueor angustias, ego vos contemplet haec pa-
 tientes. Illos naso suspendit D. Hieron. & vt
 mentis vitio captos irridet : quibus si vlla esset
 scientia ad aliam (inquit) lineam transirent : &
 verba sequentia a propheta addita serio attende-
 rent, quibus propheta Deum ostendit fontem
 misericordiae ; cum adeo sit misericors, vt num-
 quam meriti puniat peccatorem, quantumuis
 sceleratissimum, quem prius non admoneat, &
 terreat, consilio & remedijs (a) quibus, si volue-
 rit, se queat expedire : *Quia non faciet Dominus
 Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad
 seruos suos. Deus iudex est, & iustus non esset ;
 si malefacta non castigaret : & hoc agit.**

Porro aduerte, quod hoc summa agat miseri-
 cordia : quia concedamus quod flagella immit-
 tar, attamen nihil facit (hoc est, *Non faciet ver-
 bum*) nisi prius prophetae suis intentionem suam
 in particulari reuelant, vt hoc modo praemoneat,
 ac terreat homines, vt sibi caueant, & ad melio-
 rem vite frugem conuertantur. Ita patet (inquit
 D. Hieron.) dum punire decernit mundum cuius
 caro omnem viam suam corruerat, prius euocat
 Noe, cui pectoris aperit secretum, & cordis reue-
 lat intentionem, supplicium, quo mundum punire de-
 creuerat, notificat, vt ipse peccatoribus commu-
 nit, quatenus sibi caueret, ac cosulerent prouidi,
 in hunc finem Noe praefertur arca fabricam, cui
 centum ac viginti impenderet annos, & illis cla-
 beutibus, concione luctuosa, ac continuo instru-
 mentorum fabrilium strepitu praemoneret, pec-
 tereret, ac pauore stupefaceret peccatores : ob
 quam rationem eum D. Petrus nominat : *Iustitia
 praemonem.* Qui verbis ac susprijs Diuinae pra-
 ca iustitiae mortalibus imminens supplicium
 reuelaret, Duris excipit Deus flagellis Pha-

raonem, primo : conuersione aquarum in san-
 guinem, deinde productione ranarum, tertio :
 cinisum : illis nihil melior factus addit
 quartum, muscarum. O terribile tormentum. Et
 ait : *Cras erit signum istud.* Et quare non sta-
 tim ? Progreditur vterius : *Constituitq. Domi-
 minus tempus, dicens, cras faciet Dominus ver-
 bum istud in terra.* Et factum est verbum illud :
 sed nec illo mutatur in melius. Dic illi praeci-
 pit Dominus Moysi : *Nunc extendens manum
 tuam percussam te & populum tuum peste, peri-
 bisq. de terra.* Idcirco autem posui te, vt ostren-
 dam in te fortitudinem meam, & naretur nomen
 meum in omni terra. Adhuc retines populum meum
 & non vis dimittere eum ? En pluum cras hac ipsa
 hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in
 Aegypto, a die qua fundata est, usque in praesens
 tempus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumen-
 ta tua, & omnia quae habes in agro : homines enim,
 & iumenta, & vineae, & quae inuenta fuerint fo-
 ra, nec congregata de agris, ceciderunt super ea
 grandis, mortuus. Quae haec, quae, est fortitu-
 do tua, Domine, qualis est ? Exponitur esse pa-
 tientia, longanimitas, praemonio, nisi Deo te
 submiseris, obediens, quando te vocat, te pra-
 monet tibi consilium. Crediderunt aliqui verbis,
 quae dixerat Moyses ex ore Dei, ac iumentis
 sua in stabulum reduxerunt, nec illa grandis
 contigit. Alij nequaquam : & cuncta perie-
 runt. Cui culpam imputabimus ? Fuit ne Dei
 misericordia ? Haec est Dei fortitudo, praemo-
 nere peccatorem, & non proficientibus consi-
 lijs, meritum pro peccatis, quasi voce praconis
 publicare supplicium. Hoc (inquit D. Aug.) non
 tam indignanter, quam misericorditer videtur
 admonere : Vnde quomodo Deus etiam irascens ter-
 perat poenam. Quomodo dicit Dominus, *Vi ostren-
 dam in te fortitudinem meam* Et quod nostra vul-
 gata lectio habet : *Narres in auribus filij tui,*
 nepotum tuorum, quos in coemeterium Aegyptios. No-
 tat D. Aug. quod Septuaginta legant : *Vi narre-
 tis in auribus filijs vestris. Et filijs, filiorum vestro-
 rum, quacumq. illius Aegyptijs.* Et respondet Caiet.
 quam bene ! Cuius Respectu Porcia D. I. omnia lu-
 dica esset rane, cuius, locustae &c. At quo-
 modo Fortitudinis tuae ? Quia Dei in hoc osten-
 ditur fortitudo, quod longanimitate expectet
 peccatore, praemoneat illum venturi supplicij, *Sic
 firmis in malis a patientia, vasa irae, apta in iute-
 ritum.* ait Apostolus. O quantam Deus indiget
 patientia, qua peccatorem luffera obduratum !
 Dum Deus proponit luxuriosas illas punire ci-
 uitates, prius egit cura Abraham, deinde Lot

(a) De
 consilio y
 veniejo.
 Ansa 3.7.

2. Pet. 2. 3.



lura communicavit consilia, vt ea generis suis amittique proponeret. Dum deuenit fame vniuersali visitare Ægyptum, cum iam paratam haberet imminere: *Vocauit famem super terram*: eam suspendit, ac prius Ioseph intinuit, praecipitque vt Pharaoni tonique populo stragem indicet imminenteam, magna prius terram fecunditate benedicens, quã quisque sibi posset pro temporum angustijs de tritico prouidete. Dum finem imponere statuit Naniuratum secleribus non tolerandis, quã in cœlum vsque vindictam clamitabant, prius Ionam conuenit prophetam, & pectoris sui reuelat intentionem, prouide iubet, illis voce praecona vrbis interitum denuntiet, infra quadraginta dies Ninivem evertendam: *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur.* Licet autem Ionas quarat diuertentia, naui discedat & transmittat in Tharsum: toto illo nihilominus Deus tempore benignus praestolatur, & post tempestatem, cetique sepulchrum demum reuertitur, praecceptum renouat, ad praemissa festinet, vociferetur, & publica voce intoret Dei flagella refandissimos puniendos peccatores, dignam secleribus poenam subituros. *Cuius rei gratia* (quarit D. Chrysa)

supplicia, sed per conuersiones ea praedicti affores per hoc peccatores imitans ad penitentiam, id quod fecit Niuus Tona praecone. Hoc idem perpende (inquit D. Basilius) in eo quod Moyse contigit, dum cum Deo in montis cacumine diutius haereret, populi ad radices montis consistens, in idololatriam erecto vitulo confauti rursus dilapsus elucius peccati nescium Moysen Deus certiore facit: *Peccauit populus tuus, &c. fecerunt sibi vitulum confautum &c.* Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Vt quid Domine hoc Moyse committas? In quomodo finem ais illi, vt dimittat te rursus ne detineat brachium? Vt illud detineat: eo modo quo tu in rore percussus in eum qui te grauius offendit, amicos conuocas, quibus ais: *dimitte me charissimi, aliquid enim facinus singulare patrabo; hoc est illis dicere vt te cohibeant, si enim facere velles absolute, non necesse foret illis indicare.* Hoc quoque Deus ipse, ait D. Basilius, manifestauit per prophetam Hieremiam, vt huius essent certiores: *Repenite loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt erascent, & destruant, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, egam: & ego penitentiam super malo, quod cogitauit ut facerem ei.* Miror valde orationem vxoris Manue, quã nihil sapientius dicere posset vel ipse Salomõ, vel cuncti oraculæ totius sapientiores. Apparuit viro ac vxori: *Agelus eleganti si rna iuuenis, illis praedixit filium nasciturum Samsonem nomine, & rerum futurorum docuit euentus; qui postquam fuerat locutus, apparuit esse Angelus, qui Dei personam referebat.* Petteretur Manue: atque vxori: *va nobis: Morie moriemur: quia vidimus Domini ium.* Respondet mulier prudentissima: *Non est quod timeamus: Si Dominus nos vellet occidere, non ostendisset nobis hac omnia, neque ea que sunt in e. 13. ventura, dixisset.* Hanc expendit Abulen. rationem: *sciunt omnes quod dum alius alterum intendit aut ledere aut occidere, enim nec praemonet, nec dimulgat quid facere proponat, quinimo hoc vnicè procurat, ne id sciat aliter, & incurius viuat ac sui negligens.* Indubium enim est, si huius fiat conficius, quod sibi confulet.

Ysa. 104. 16.

a Divs. *quid quod dicitur de i. 1. de qua facturus es mala, praedico & ad quid eos redpauit. & dis certiores: Vt non faciam. Vt peccatis abstinẽt, & de lo. praerentiam, & me detineant seruientem. Noluit na & Ho. (inquit Origen. hanc rationem suã deducens) q. in Ep. ad eum silentio punire damnatos. f. d. d. d. ea locum p. Rem. intentia, & conuersionis, nisi ad g. nes. Fabreum Oxv. prophetam, vt dicitur illo: Adhuc quadraginta dies, Ha. in & c. qui condemnati fuerant non perirent, sed agentes penitentiam, impetrarent misericordiam Dei. Huius occasione subsisteret expendit, quod ante destructionem Hierusalem, praemisera prophetam suum Hieremiam, qui elata voce, diuersis ænigmatibus ac figuris sibi à Domino iniunctis, ciuitatem obiret, minas intentaret, supplicia iam iam ciuitati imminencia praediceret, nec paruo id tempore, sed sub pluribus Regibus Iosia. Ioaehim & Sedecia; hac enim de causa in exordio suar prophetarum eorum facit mentionem.*

D. Bas. *Hoc idem aduertit D. Basilius dum illi verbis inuaret, quã Deus populi Hierusalem iratus criminibus proferebat: Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vinea mea.* Me totus audiat orbis, senora quippe voce pernas intento praediceret, quibus ingratis mihi vineam pletere decreui: quã tanto studio elaborata, non maturas vvas generant, sed in vberes & spinas amara degeneravit: *Clementia Dei* (inquit D. Basilius) *erga homines, peculiaris hoc est, non clauis silentis ingerit*

Exod. 2.

Hier. 10.

Repenite loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt erascent, & destruant, & disperdam illud.

Jud. 13. 22.

Non est quod timeamus: Si Dominus nos vellet occidere, non ostendisset nobis hac omnia, neque ea que sunt in e. 13. ventura, dixisset.

Abulen. rationem: sciunt omnes quod dum alius alterum intendit aut ledere aut occidere, enim nec praemonet, nec dimulgat quid facere proponat, quinimo hoc vnicè procurat, ne id sciat aliter, & incurius viuat ac sui negligens.

4. Reg. 6.

Propheta Elisens Regem reddidit certiore: *Cave 9. ne transf. as in illum locum: quia ibi Syri in insidijs sunt.* Stupet rex Syria, suos interrogat: *Nemone ergo mihi dixerit, quis Regi Israel nostras detegat insidias?* Cui illi: *Vates Elisens, quocirca*



id primum agit, ut Eliseum in suam redigat potestatem: quamdiu enim (inquit) quis sit, qui alteri mei cordis revelat intentionem, bolus creptus est de faucibus meis. Qui enim alterum molitur ducere captivum, ea hoc cautione facit, ne eius alter offaciat intentionem, cunctaque prosequitur taciturnus, ut olim Dux Gorgias, qui eum mentem dirigebat, ut Iudam Machabaeum eiusque exercitum demoliretur: *Moverunt castra nocte ut applicent ad castra Iudaeorum, & percussissent eos subito.* Si rex aut prorex, praeses vel iudex quispiam coactò concilio conclusisset, ut armis impetus fieret tali noctis hora, in talem domum malefactoris, & capta resolutione secretarium ad se vocaret, litteras tali mitteret nebuloni, quibus ei significaret, quod determinasset illa nocte domum eius aggredi, comitatus satellitibus, eum in vincula conjicere, & quod si capiatur certo sciat se suspendendum: quid diceret? Certè nullam hic habet mentem talem suspendendi. Quod si prioribus litteris, secundas adderet iure hoc diceret meliori. Si nihilominus nequam ille domi remaneret, c. inimicus in Regem pertinax, Rex verò accedens, illi manus injiceret, suspensio enecaret, quid diceret? Certè condigna sceleribus suscepit supplicia, cum toties praemonitus sibi non consulerit. Qui alterum praemonet mali, seu damni, quod ei praetendit inferre (inquit D. Hieron.) tacitus dicit, se ad hoc animum non direxisse: est etenim iure nos proverbi um. Felis multum & sepe minuens mures venatur

1. Mach. 4. I. I. I. Similitudo.

(a) *Vi ga- to man- le ad, ne es bucy caator.*

Ezech. 24. *Ps. 7. 6.*

pancillimos. (a) Si enim strepitum ederet, cautum est, nullum caperet murem. Hinc dices, o Manichae (inquit D. Hieron.) Deum crudelitatis non posse insimulari, dum puni peccatores, qui primum eos praevenerit, praemonet, vociferatur, ut fugiant à facie arcus peccatores. Hoc praesignavit in celebri la visione Ezechiel, quando Deus curru vectus igneo, ut carbo flammeus, referebatur totus excandescens in peccatores, ob enormia eorum scelera, dum ait quod animalia illa prodigiosa curru ducerent multis magnisque alis ornata, praeterea cum Deus veller producere ad puniendos peccatores, animalia, quae currum ducebant, mirandum excitabant strepitum, quem ita describit. *Cum ambularent quasi sonus erat in eis iudaeis, ut sonus castro, um.* Procedit enim exercitus magno tubatum, tympanorum, fistularumque clangore ac strepitu formidandus. An non igitur, Domine, hoc aduersis, illos si hoc strepitu praemoneas, fugituros, & ad tutiora se recepturos? Vtique, hoc praetendo: *Dedisti mentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.* Sic se res habet, quod si tendens arcum te praemoneat, dicens caute tibi, in te quippe dirigo sagittam, ad latus secede, quam nullam habet te ferendi voluntatem? Consilium hoc fuit hodie Domini: Punire perfidos illos, ac incredulos cogitavit, eos deserens, ut eo discedente, qui vita est, in peccato suo moriantur, quod est omnium gravissimum supplicium, quò Deus animam potest condemnare, prius illos praevenerit, eos apertis verbis percellens ac territans: *Ego vado, & quaeretur me, & in peccato vestro moriemini: & ipsi in se reuersi, & tanto damno perterriti sibi consulant eumque praevenerant poenitentes.* Morabatur Vates Ezechiel populo Dei concipit in Babylonia, illi praedicans, eum consolans, mille illi beneficijs beneficis: illi verò velut ingrati, nectum non gratias habent, sed nec eum agnoscunt, aut magnificiunt, & suis inhaerent sceleribus pernicaces: ad se Dominus vocat prophetam, ac praecipit, ut eos deserat, excedat, verumtamen ante discessum: *Tu fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis.* Sec. & *efferes vasa in conspectu eorum per diem.* Ad quid? ut dum eum haec vident scitò cogitantem, imminens sibi damnum animo diuenter pertentent, tali fraudatis societate, eumque studeant deprecari, se discerant, per eos eos remaneat comes securissimus. Hec spectat hodie Redemptor. Nec tantum nobis suam manifestat misericordiam, dum nos malorum imminendum ob peccata nostra praemonet, ut illa fugiamus, sed quod pariter suis comminationibus, & suppliciorum terroribus perlat declaratans, quatione illa fugiamus, praeterea cum his dixisset se disciturum, illoque relicto, in peccato suo mortuos, illico ad praedicta reuertitur, eisque declarat, se hoc ita dixisse: nempe, si in peccatis suis ac infidelitate persisterent, obsecrans, praeterea si à peccatis abstinere, credere in eum, ei vellent obedire, ipse intentatum supplicium suspenderet, imò reuocaret: *Dixi vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis: quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Quantum sapio, suam iobis Dominus conditionem patefacit benigniorem, qualem describit propheta Regius, nos adhortans ei ut ob eam infinitas laudes, concinamus, cum hoc nobis tantopere cedat in emolumentum: *Psallite Domino qui habitat in Sion, annuntiate inter gentes studia eius.* Nota verbum, *Psallite.* Quod significat laudes cum hymnis, canticis, ac musicis instrumentis: hoc est can-

Ezech. 12. *Ps. 7. 12.*

22 tate, modulamini, & laudate, Deum collaudando,
 23 qui sibi sedem elegit in Sion super Ierusalem. Et
 24 quid cantabimus? *Sicut erat.* Emphaticum est
 25 hoc verbum, illo quoque Ihuas vitur dum air
 26 *Notis facite in populis adinventiones eius.* Alij
 27 hic legunt: *Communitationes eius*, ut quoque no-
 28 tat D. Hieronymus in alio loco. Alij *Consilia*
 29 *eius*, q. d. Hymni cantentur publice, ac prae-
 30 dia, & Dei extollantur consilia, adinventiones,
 31 studia in nostrum emolumentum, Totus sciat
 32 orbis actus infinitae misericordiae, quibus
 33 nostram intendit procuratque saluationem: hos
 34 mihi, quae signis actus. *Quoniam requiritis*
 35 *significum eorum recordatus est.* Quando velut
 36 leo rugit, & discerpere videtur velle pecca-
 37 tores: illosque aeternum perdere, & alius attol-
 38 lit armatum flagello brachium, quo libret ictu
 39 in eorum ruinae sauiorem gradum sistit, fla-
 40 grum cohibet, & recordatur. In actu oculi mu-
 41 tatur, & ex severo iudice in patrem mutatur
 42 mansuetissimum: dumque flagella intendit
 43 perditionis, sistit, & nobis quo fugiamus mo-
 44 dum perostendit. *Recordatus est.* Cuius? *Quo-*
 45 *modo miseretur pater filiorum, miserum est Domi-*
 46 *nus timoribus se, quoniam ipse cognovit signum-*
 47 *tum nostrum, recordatus est, quoniam pulvis*
 48 *sumus.* Nostram novit miseriam, nec diffi-
 49 cile, nos a daemone vno pulillo pomo decipis
 50 ac velut venio, passionum nostrarum abripi
 51 concupiscentijs. Sumpta est methaphora a pa-
 52 tre qui gladium stringit in filium adeo con-
 53 tumacem, ut ad eos furoris actus patrem irretet
 54 qui dum maiori furore rapitur, istum suspen-
 55 dit, & recordatur, quod quem intendit castiga-
 56 re filius suus sit, ut inferius dissolvimus, ex-
 57 planantes verba illa prudentissima Tecuitidis:
 58 *Non vult Deus animam perire sed retractans*
 59 *cogitans, ne penitus perca: qui abiectus est.* Hanc
 60 summam Dei suspicio misericordiam, qua vti-
 61 tur etiam in illis incredulis, licet enim videatur
 62 iam nunc super illos ira sua deplere suppli-
 63 cia, ut eorum gravissima & obdurata merent
 64 peruersitas, nimirum, ut in peccatis suis mo-
 65 riantur: *In peccato vestro moriemini:* cedit tamen
 66 & secedit, mentem videtur mutare, retrocedit,
 67 & eis media demonstrat, quibus tantum effu-
 68 giant detrimentum, scilicet, si in ipsum credat.
 69 Hanc quoque nobis impertit monstratq; mi-
 70 sericordiam: licet enim nobis mortis commine-
 71 tur supplicium, ostendit tamen, qua via illud
 72 effugiamus vitamque consequamur a secle-
 73 rum nostrorum via declinando, ac retrogra-
 74 dendo, & pro ut hoc diligenter fecerimus,

ipse quoque a via retrocedat minarum, quas nobis praedixerat infingendas.

§. 2. *Mina sunt haec terribiles Dei. Ego vado: pro ut Israelita cognoverunt, & Samuel declaravit.*

Dixit ergo eis iterum Iesus: *Ego vado* &c. Per-
 pende adueibium *Iterum*: quod D. Ioannes
 non sine causa apposuit. Ex omni parte con-
 cecit Christus corda Pharisaeorum ac nostra. Pri-
 mo, promissis allicit: concionatur, & magna comi-
 tate, vultusque alacritate illis cernit vitae lu-
 cem peroptandam: *Ego sum lux mundi, quis sequitur Ioh. 8.*
me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vitae. 12.
 Divina scriptura nomine lucis omnia bona com-
 prehendit. Vnde quod primo dixit David lucem,
 confessum vocat laetitiam: *Lux orta est iusto, & re-*
ctus corde laetitia. O quanti valens v. r. lux aeter-
 nae. Audiunt hoc Iudaei, & nedom hac Christi
 promissione ad eius amorem excitantur, sed &
 illum aspernantur increduli, & nouis impetunt
 calumnijs iniurijs. In alteram Christus partem
 declinat, eorum corda minis percudit, & multo
 addit horribiliora: *Dixit ergo eis iterum: Ego vado:*
vos desero.

Ut optior, recordatur Christus eius effectus,
 quem olim in liorum patrum cordibus tales mi-
 nae fuerant operatae, dum eos primi in egyptu de-
 aegyptia a feruitute, varijs prodigijs, signis, fa-
 voribus, beneficijs, & sicco pedis vestigio tradu-
 xit per mare rubrum, Pharaone submerso, eius-
 que deserto exercitu universo, magna pluit illis de
 caelo, pacem Angelorum: interim montem ascen-
 dit Moyses cum Deo collocaturus in eorum be-
 neficium: quid illi in tam stupendam lapsi sunt
 proditorem ut eam Moyses tertio vocet in su-
 perlativo gradu: *Peccatum maximum:* scilicet con-
 stare vitulum illum, ut Deum adorare, illi fausta
 omnia sua adscribere, acclamare: *Hi sunt Dii tui Exod. 32.*
Israel, qui eduxerunt te &c. Stomachatur Deus,
 eorum necem meditatur. Illum Moyses placet, sic
 ut nullus sit pater, qui tam cito filio indulgeat
 peccatori. Modo bene, inquit Deus: illis tuis per-
 motus precibus, peccatum remitto, verum tamen
 illis dicito, non ta i me modo excipiant, *Ego vado,*
Non ascendam tecum quia populus durus cervicis est.
 Dominus exasperans. O Domine replica Mo-
 yes, qua ratione populus, si eum deserueris, pro-
 ficiscetur? *Miriam,* respondet Dominus, *pre-*
cursorum tui Angelum, ut eiciat Chanaanem,
& Amorraeum, &c. & intres in terram fluentem
 G 3

1. 11. 4.
 1. 9.
 III.
 Dei cle-
 mentia
 dum nos
 prae-
 mo-
 net ut vi-
 ta corti-
 gamus.
 1. 102.
 1. 1.

5
 12.
 Ps 96. 12.
 Exod. 32.
 Exod. 33.



lacte & melle. Descendit de Monte Moyses, hæc populo renuntiavit, atque. Scitote, quia Dominus à vobis discedet, mittet vicarium sui Angelum, qui vos, ducat, præcedat, de scdat, iter applanet, hostes deterreat, & incolumes in terram promissionis introducat: *Audientis populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.* Iudicavit enim populus has esse minas omnium terribilissimas, & verbum illud in superlativo malum, *Sermonem hunc pessimum.*

In e. 32.
Exod.

Et bene quidem (inquit Caietan.) quia in se supremum malum concludebat: Deus etenim bonum est uniuersale, in se continens omne bonum, proinde sicut bonum summum est, secum habere Deum, eo quod in se contineat omne bonum: ita pessimum malum est, Deum nobis deficere, ipso quippe deficiente, nobis omnia bona deficere concludimus. Vnde amictu funebri induti, obortus lacrymis, Moysi respondent. Si discesserit Deus, si nos dimiserit, Angelum non querimus, qui nobis sit via dux, nec vel teruncij facimus totam illam terram promissionis, & si sic sit futurum, occidat nos, perdatque continuo, nec vltiorem gradum moueamus: quia conuertuntur, Deum discedere, nos deserere, & omnia nobis bona deficere. Proinde respondent

Exod. 33.
25.

Moysi, vt dicat Domino: *Si non tu ipse præcedis nos, ne educa nos de loco isto.* Substite paulisper popule Dei, non aduertis, quod licet discedat, tibi tamen promittat, mittendum Angelum adeo potestem, qui te ab omnibus malis securus deducat per viam, qui te ab hostium furore, ac cunctis infortunij protegat incolumem, qui terra promissionis ex alle instituat possessorem? An tantilli est faciendus Angelus, & talis Angelus? Tam facili facis terram desiderabilem, secundissimam, fluentem lacte & melle? Optime loquuntur, quia Deus est omne bonum, & quidquid bonum est, totum hoc in Deo est, hæc enim est eius definitio proprio ore Moysi descripta. *Omne bonum.* Si Deum deseras, medullitus & radicitus (a) deseras omne bonum. Est Deus: ita, salus, fortitudo, quies, abundantia, consolatio, & ipsum esse per essentiam: si ipse discesserit, quid superueniet, nisi mors, infirmitas, debilitas, afflictio, tribulatio, & eorum omnium, quæ esse habent, defectus uniuersalis? Proinde nec Angelus, licet supremus, nec omnes tres Hierachæ, nec novem chori, cum tales sint ac tanti, ne vel valent teruncij sine Deo. Nec terra, licet rivulos fundat lactis ac mellis, vera potest nominari fecunditas, aut delicia sine Deo, nec ipsum cælum gloriae exæltis, quidquam habebit, quod adferat gloriam sine Deo: *Quid*

(a) De
quajo.

enim mihi est in cælo, aut à te quid volui super terram? aiebat Pfaltes Regius: omnia sunt aduer-
sa, clades agnoscunt sine Deo. *Psal. 70.*

Hoc tangit ipsa Dei sapientia, dom ait: *Mecum sunt diuitia, & gloria, opes superbs & iustitia.* Alij legunt, *Opes superba.* Verumtamē phrasia est scriptura, quæ superba vocat, quæ sunt eminentissima, potētissima, præclarissima. Ita Deus per Isaiā. *Ponam te in superbiā sanctorum.* Mecum sunt (inquit Deus) omnes diuitie gloria vniuersa, in me sunt omnes census, & opes, & omne bonum. Si à te discessero, vides quid tibi sit remaniturum, aut paupertas, & rem indigentia irremediabilis necessitas. Ingemunt Saul atum: abili curarum robore cruciatus: hinc ei bella mouent ardua, illic in eum insurgunt aij: nunc illi deficit consilium, modo languet animus. Consultit Prophetas, interrogat Sacerdotes, Duces conuocats, nec est qui eum solatur. Lamenta tollit ad sidera inquitens remedium, per totam terram circumspicit miser, ad quem possit afflictus referere, sed nec inuenit asylum omnem me vit rudentem, vt sibi quoddam ex præsentia Samuelis quarat auxilium ac solatium, & operā vsus Pythoh illa meruus apparet illi Samuel: qui illi: quid à ne queris? cui me tot vocibus inquietasti dormientem? quid me premis, quid virges, quid instas? Ne miseris, nec grauius accipias, patet Sanctissime, me omnibus virtutis iugeo conuulsatum, sed nec solamen inuenio in cælis, nec in terras nec in Sacerdotibus: omnes se mihi subducunt, nec est qui respondeat, & *Coartor nimis.* Cerno mihi suadere cuncta succedere, percussumque me aduersa fortuna ad summam lineam peruenisse, Philisthai suis me premunt exercitijs, hinc me populus coartat vocibus, subterit Sacerdotes, nec respondent oracula. O te malis atibus destitutum: *Quid me interrogas, cum Dominus recesserit à te?* Absit Deus, deseruit te Deus auxiliator, quæ tibi modo portia pateat subsidij? quod tibi bonum sperandum, cui omnium deficit tonorum scaruzigo: quod consilium, cum se tibi diuina subtraxerit sapientia? quod arima solamen cum à te recesserit: *Deus patenti & sola ipse.* Num Deus à te discessit, te dereliquit? nihil aliud tibi scias euenturum nisi portas, afflictiones, angustias cladem, & miserandam exercitus tui perditionem vniuersalem.

§. 3. Est Deus vita anima, quo discedente mo-
ritur, nec opera vite valet exercere.

Sæpè sumerò declarat D. Aug. huius vim ra-
tionis, supposito quodam principio, quod sub-
tiliter expendit D. Basil. a. quo D. Aug. b. vi-
tur nimirum. Sicut vita corporis anima est, ita
vita anima Deus est, hoc idem est Deus anima,
quod anima corpori. Quid tribuit anima corpori
ei principium est omnis boni, dat illi vitam, mo-
tus, sensus: ex illa sanum est ac robustum, in pe-
des se erigit, ambulat, comedit, bibit, videt, audit,
olfacit, discedente anima, quale heu manet quàm
perditum, quàm infelix? Nulium in eo est opus
vite, nec paruum, nec magnum, omnia cooperuit
vmbra mortis tristissima. Musces allide eius au-
tipes instrumenta, omnes concinant omnium
cantatorum ac cantatricum phosæ: auribus ap-
pore fragrantissima aromata: os ingeras nectar,
condituras, obsonia: eius accède oculis: mnes fa-
cesse nihil audit, nihil olfacit, nihil sapit, nihil vi-
det, nihil in eo repe. res, nisi fœtorem, vermes,
corruptionem: oculos habet, & non vadet, manus,
& non palpat, pedes, & non ambulat, nervos, &
enerve languet, ad terram prostratum, emor-
tuum, putridum. Quando Deus animam incolit,
tribuit illi vitam: intrare Deum in animam, est in-
illam ingredi spiritum viuificantem: Et dixit tibi
vite. Ex eo quod illi suam det gratiam, hæc au-
tem ea est, quæ vitam infundit, quæ omnem ex-
cedat vitam: vitam æternæ vite principium. Gra-
tia Dei vita æterna. Vite principium diuina, &
eminentissima.

Hoc principio informata, potest opera facere
vitalia, intelligo, opera vite æternæ proportiona-
ta opera vite æternæ: forma, ieiunia, oratio-
nes, eleemesinas, disciplinas, labores, infirmita-
tes &c. hæc omnia sunt ei opera vite, eo modo
concludit D. Paul. *Diligentibus Deum omnia coo-
perantur in bonum. Qui sunt hi? qui Deo adhæ-
rent, qui per amorem Deo viuunt, qui Deum
secum habent vitium volumati, vnum quod cum
eo efficiuntur. Qui adhæret Domino vnus spiritus
est. Quàm fructuosa sunt habetibus Deū ieiunia,
orationes, eleemesinæ &c. quàm vtilis D. Petro
erux: D. Paulo gladius: D. Stephano lapides? D.
Lauretio craticula? D. Catharina nouacula?
D. Christinæ serpentes? D. Priscæ leones?
Omnia cooperantur in bonum. At ô animam inau-
spicantam quando eam deserit Deus: cui vita fi-
nitur, & mortua remanet, et corpus, anima dis-*

cedente: quidquid in ea fuerat: mortuum cœ-
ruit, ieiunia, confessiones, communiones, eleemesinas
mortificatur, vitam perdidit, quam
illis tribuebat gratia, Deique presentia: eique
quanto tempore hoc in statu mortua perseuerat,
ne p̄lo quidem valent hæc omnia ad vitam æter-
nâ promereri. *Si auerterit se, iustus & iustitia sua
& fecerit iniquitatem &c. omnes iustitia eius, quas
fecerat, non recordabuntur.* Cuncta moriuntur ac
pereunt. Hoc suppone; quod in ordine ad vitam
æternæ præmium, sunt quasi nunquam a cœ-
fuisissent, quoadiu durat peccatum, quod illa mor-
tificat ac perdit. O dolor! ô gemites! quàm in-
fœtose deploras campum fertilissimum, melle-
ditissimum, arundines habentem vt lanceas,
spicas, vt pentum, id est, vt lini manipulum
colo aggestum, qui in sila capitur: ingruit du-
rissima grando, mœrem conterit, nihil restat
illæsum. Quam dolenter compateris orto con-
feto arboribus, ac singulis suis fructibus gravidis,
gratis, matis, Regia mensâ dignissimus, super-
cidit grando lapidea, cuncta dissipat, omnia desi-
gurat.

Væ tibi, plange lugubre super animam tuam,
tot meritis fertilem sanctissimam, tot pijs operibus
venustissimam, opulentis virtutum fructibus se-
cundam; irruente enim peccato, ob quod Deus
eam deserit, ac discedit, omnia dissipantur, om-
nia eruntur, & sine Deo, emoritur anima tua, vt
opera vite nulla possit efficere: ieiunia, lege re-
sarium, corpus flagellis contere, sacris interis, om-
nia tua pariteris distribu: omnia hæc, sine Dei
gratia, docet Apostolus: *Nihil mihi profunt.* Bona
sunt hæc opera, & bonum est, vno aliquoties
necessarium; vt illa facias, studeat licet ha-
reticus; & ad multa tibi sunt vt ilia, quorum fructus
copiosos, alio loco referemus: at cum sit anima
exanimis sine gratia, ob Dei discessum, non sunt
opera vite, proinde ad vitam æternæ præmium
nihil profunt assequendum.

Recolenda venit nobis illa ratio natus Summi
Sacerdotis Heli, vxoris Phinees, dū partus dolo-
ribus anxietur. Accurrit ex acie miles fugitiuus,
graves excitat ululatus ob arcem fœderis captam
a Philistinis. Audit illa, & subito partus obruta
cruciatibus adeo granibus, vt ad extremam mor-
tam tendere ac animam exhalare videretur, Allege-
perit. filium: eam obstetrix solatur. Euge,
age Domina, sume animos, modo tempus est:
Ne timeas: quia filium peperisti: Auro primo pul-
chriorem. O filium sinistro sidere natum, exclam-
mat illa vocatque eum *Ishabod* quia a nobis
discessit arca fœderis Domini. *Ishabod.* He
brai.

Exech. 18: 24.
1. Cor. 13: 2.
Allego-
ra.

braicè significat *Ingloriam, aut sine gloria*. Huc filium etiam mortalibus doloribus enixum, vocat: *Inglorium*: non enim æquum est, ut gloriâ fulgeat ille, qui eâ natus est horâ quâ à vobis discessit arca fœderis Domini, quam omnis gloriæ nostræ dicimus principium: *Vocavit puerum Ichabod, dicens: Transiit a se gloria de Israël*. O admirabile mysterium, quod optimè nostro consonat proposito. O Anima num discessit à te arca Dei? Num es sine Deo? Parere potes multos in doloribus ac ærumnis filios, multa potes præstare bona opera penitentiae, ieiunia, corporis castigaciones, vigiliis, & quicquid tibi placuerit, boni sunt in se hi filij, ad multos præclaros in te effectus: tamen illos vocato *Ichabod, sine gloria*, quia per illos nullam mereris gloriam, nullam consequeris æternam beatitudinem: non sunt enim filij vitales, opera vitæ, cum illis deficiat anima, sine qua opera vitæ non possunt exerceri. An hac maior dari potest infelicitas? quis lætus, quod tot præclarissima cernas opera in Romanis, tanta in Philosophis, tanta virtutum exempla in doctoribus Socrate, Pythagora, Seneca, sed nec ipsis hæc omnia profuerunt, ut illis vel atomum gloriæ in altera vitâ consequerentur: quia non erant opera vitæ, quippe quibus principium vitæ, nimirum Dei gratia deficiebat.

Eo vero modo merito vocari possunt steriles, quæ phrasi Deus præcepit Hieremie, ut indignitater Regem lecontiam: *Hac dicit Dominus: scribe virum istum sterilem*: Qui hoc ô Domine: cum filios genuerit: & duabus lineis autè, ita quoque dixerat idem Propheta, & sic scribitur: Verum approbo filios gentium: at erunt sine Regno, sine dignitate Regali, ut nullus eorum ad coronam eleuetur, nullus sceptrum teneat dominationis, proinde licet filios producat, *Scribe virum istum sterilem*. Et hoc idem significavit Deus his verbis: *Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur, Sterilis enim*: qui licet multâ prole succundetur: regiam tamen non obtinebunt dignitatem, in patrios mingēt cineres. Et de causa, omnia virtutum opera, nata extra Deum, Dei que gratiam, scribe opera sterilitas: quia inaspicata sunt, in altera vitâ non prosperabuntur, vbi præmium iustum meritis distribuetur, sed illo præiudicantur, & coronâ gloriæ æternæ censebuntur indigna. Talia erant opera steriliū illorum Pharisaeorum! quæ licet secundum speciem essent bona, tamen sine vitâ erant gratia: quia Deum non habebant, qui per gratiam eorum animabus inhaereret. Sed neque eadem de causa, ô

fragitiosissime, tibi proderunt ad gloriæ meritum hæc omnia quæ agis (licet necessarium dixerim ac vtile ea ijs te exerceat ob alias rationes, ac obligationes) cum ita sit, quod si tecum esset Deus, ob scyphum aquæ, micam panis, vinum sulphurium &c. æternam beatitudinem lucrateris. *Quod momentaneum est, leuis est &c. æternam gloria pen- dus operatur in nobis*. De quibus aliis diximus.

§. 4. Anima per peccatum mortua, opera vitæ non potest exercere. & quæ bona facta, filij sunt producti in servitute. Patet quoque quod peccatum sit locus stultitiae, iracundiae, irubigo, de quibus Isai.

Hoc Deus declaravit in lege præscripta Moysi: quæ licet secundum corticem exteriorum politum populi spectaret, sensu tamen spiritali mysterijs searet admirandis, & vtilioribus nobis documentis, ita docente Apostolo. Præscribit Deus in monte Sina legem, ac præcipit decalogum, voce ita cauta, ut eam iedū Moyses & Aaron intelligerent, qui montis ascenderant altiora, sed & ipse populus ad montis radices castra metatus. Deinde ait Moysi, ut Aaron omni- que populus, quisque ad sua redeat tabernaculâ, ipse verò montis cacumen solus conscendat, utque Deus Moysi legem intumaret exortus est, à præceptis iudicialibus, & ut pomicerium statuit illud, quod tågīt venditionem seu emptionem in servos aut eius qui à parentibus esset in servum venundatus.

Notar D. Thom. cum temporis licuisse parentibus, imò etiam viris ducere filios suos, aut filias suas, imò & seipos. Sed cum Deus, qui legitimus erat populi illius Dominus, illum eduxisset de servitute Ægyptiaca, & in libertatem vindicasset: soluit quemquam vendi in perpetuam servitutem, proinde tempus statuit septennij servitutis. Considerat Rupert. quod Deus illud tangere videatur quod Iacob egit cum amiculo suo Laban, qui licet duabus vicibus se ut servum Labano obligaret, ea conditione, ut in uxorem acciperet pulcherrimam illam Rachel, nunquam septennij tempus excessit, ita quoque Deus sancivit, ut dum quis se in servum venundaret, aut pater filium, non vitra septennium servitus extenderetur: anno verò septimo servitus solueretur, & quisque liber

II. Opera bona facta in mortali, sunt filij inglorij.

Hierem. 22. 30.

4. Reg. 24.

III. Peccator dicitur vir sterilis.

Allegoria.

Exo. 21. 4.

Joan. 8.

34.

Isa. 50. 1.

4. Reg. 4.

num remearet. Sit igitur (inquit Deus) prima
lex irrefragabilis, quod qui se in seruum ven-
diderit, anno septimo hoc modo liber disce-
dat. Si se subiecerit seruituti cum vxore ac
filijs, omnes liberi reuertentur, & in pristinum
statum libertatis restituentur. Attamen si quis
seruus seruitutis tempore duxerit vxorem, ac
filios procreauerit, mulier ac filij perpetuae
seruituti subiacent in Domini vtilitatem,
solumque ipse liber egredietur, cum eo ipso ve-
stito, iisque omnibus, quae attulerat, dum se
subiecerat seruituti: *Mulier & liberi eius erunt
Domini sui, ipse vero exibat cum vestitu suo.*
Fides nos docet Catholica, quod Deus vt le-
gitimus nosse Dominus, licet nos ex natura
liberos creauerit, ac de Pharaonis infernalis
eruerit seruitute per Baptistini Sacramentum,
Fuit autem fides hæc adeo antiqua, ut ip-si Israelitæ, Egypti incolæ hanc exfluxerint idololatriam credentes Deum illum, qui eos de Egyptiaca eduxerat seruitute, licet in ea ali-qua polleret auctoritate, atque in ea illis auxi-liatus fuisset, nulla tamen ei potestas esset in deserto, quod perambulabant, nec illis ibidem valeret optulari, unde conuenientes voce ru-multuaria dixerunt, præceperuntque Aaroni: *Fac nobis Deos qui nos præcedant.* Ne passum quidem securè progredi est possibile, nisi pro-pitio Deo: *Fac nobis Deos*, qui nos in via com-itentur. Ideo Deus ait propheta Isaie, in eo loco quem exponimus, ab infidelibus Deos suos catenis ligari, aereis clauis, iisque traba-libus (a) configi, ut nullus eos posset auferre, (a) Cla- nec ipsi valerent aufugere: *Confortantur fabri ara-nos de ritui &c. dicens: Glutino bonum est, confortantur enim quarum a. clauis, ut non moueretur.* Inde nostrum omne de-pendet bonum, ut nobiscum Deos nostros ha-beamus, nec à nobis aufugiant, nec nobis aufe-rantur, si illos glutino conglutinemus, ne dissol-uantur, nullum aptius gluten, quam clauis ferrei, aerei, capiti, illos igitur fixè clauis configamus, ut nec ipsi nobis effugiant, nec quis eos furto di-tipiat.

Propalam scitur id quod ad rem narrant Plu-tarchus, Pausanias Quintus Curtius, Diodorus, Alexander ab Alexandro: quod multi Gentili-um, præsertim Tiry ac Lacedæmony, ce-lebri illo edocti Lycurgo legillatore, præci-puos suos Deos, quibus maxime confidebant, clauis configerent, alios catenis illigarent, alios pedicis constringerent, alios velut auarijs fer-reis virgulis inclusos custodirent, ita ut, sicut præcæte Dei spiritus ait per Hieremiam, qui hoc scriptis exaratit calamo Baruch prophete scriba, loca, quibus eos sic clausos serua-bant, potius furum latronumque carceres, quam Deorum templa esse viderentur, ubi diligentio-ri custodia, ac studio eos detinebant, quam Rex in ergastul's refractarios ac perduelles.

Exod. 31.

1.

18. Di.
Vide Terra.
quod ad l.
6. c. 4.
Alexa. ab
Alexand.



Berub.
6.17.

Sicut alicui qui regem offendit, circumspira sunt in-
mox &c. ita mutantur sacerdotes effra clausuris, & foris &c.

Si ab eis percunctaretis: quomodo Deos, quos ut auctores, & ilatores vestra colitis libertatis; captos, & sua priuatos libertate detinetis? Si hanc questionem proposueris D. Clementi Alexand. vel D. Chrystolo, D. Cypriano, Amobio, alijsque Sanctis Patribus, qui ex professo scripserunt: De Deorum vanitate: responderent, quod ibi sic detinerentur Dii illi pro vt merebantur: quia illi omnes, homines fuerunt sceleratissimi, luxuriosissimi, monstra impietatis, totique mundo nocentissimi: Quorum crimina (inquit D. Cle-

D. Cl. m.
Alexan.

men. Alexandr.) notiora sunt, quam nomina. Venus adeo in omnem effusa libidinem, vt eius adulteria capillorum eius numerum superarent. Iupiter deliciofus mulierum raptor honestatis, quas mundus coluit honestissimas. Saturnus Patricida, filicida. Mars perduellus, auctor discordiarum, sanguinis effusor. Bacchus potator, Inno inuidia facibus accensa, succensa, implacabilis. Dii (inquit D. Aug.) hi tales erant, quorum eminentia diuinitasque primaria sumebatur, ex commissis nefandissimis sceleribus: Selecti, si d

D. Aug.
1.7. de ci-
uit. c. 34.
10.5.

plano selecti, nobilitate criminum, non dignitate virtutum. Talibus optime congruit carcer, pedicula, nerui. Tales congrui vinculis constringi, catenis alligari, tenebris detineri. Porro si illos interrogares, qui tanto eos studio custodiunt vinculos: haec eorum foret responsio, se hoc intendere, Deos suos secum securè detinere, vt firmo consistenter haec staturae, ne concidant, ne dissoluantur, ne eos quis sustollat, & si vellent aufergere, nullatenus possent. Hanc dat rationem Spiritus S. dum de eorum stupenda agit insania, ex ore Sapientis: In pariete ponens illud, & confir-

Sep. 13. 15

mans ferro, ne forte cadat, proficiens illi &c. Attende, quæso, (ait D. Aug.) eorum ineptias, illos colunt Deos, quos credunt, se ipsos non posse sustinere, sibi consulere, se ipsos catenis vinculisque absolueret, quibus eos captos detinebant. His non obstantibus, concedamus hypothesein, quod eos vt Deos venerarentur, hoc probè nouerant, illis hoc maximi referte, si illos secum haberent; credebant enim, quod sine illorum adiutorio, nec respirare quidem possent, secum verò eos habentibus, nullum posse damnum officere.

1.7. de ci-
uit. 7.

Hoc autem eo fiebat modo (teste D. August.) vt illis non sufficeret habere Deos secum in communi, ac in templis communibus sed & quisque in particulari suos sibi habere Deos contem-

debat in domo sua, quos in ædium pereralibus staturabant, quos eade causa dicebant: Dii penates, q. d. quod eos in penetralibus, loco sancti, ac abscondito conseruabant. Et hoc inuicem Salomon praefatus verbis: Veti: ei dignam habitacionem, & in pariete ponens &c. velut fenestellâ imperuâ in pariete, aut foco. Baruch quoque propheta, de Dijs Babilonijs agens domi seclusis sic ait: Construit illis in domo. Et singuli his maxime incumbant, credebant quippe singuli, quod sine Dijs, nul a tuta foret domus, nec ipsi, nec eorum quidpiam ab incommodis praeseruatum.

Barn. 6.
16.

Hoc autem videtur cum ipso mundo natum, vt enim in sacris litteris legitur: Laban domi suae Deos venerabat, in penetralibus: proinde cum eos inde sustulisset eius filia Rachel, eos illo die esse sublatis non aduertit, donec posttridie, eos oratorius accederet, & se Dijs suis priuatum ingemuit, infremuit, infrenuit hoc sibi perluadens, quod quam primum domus sua Dijs destitueretur, ruina periculo exoneretur, vt domus sine defensore, & omni praesidio immunita: quocirca confestim ad Iacob cucurrit, illos recuperaturus.

Michas ille, qui Deos intimis laribus seclusos adorabat, in suae domus oratorio, quâdo transfuges quidam milites illos abstulerant, vt furtum detexit, ablatosque vidit Deos, ad illos cucurrit exanimis, exclamans, vociferans, velut ratiōnis impos ac mente captus, mittens in sidera euulatus. Quæritis, quid tibi vis? qui sunt hi clamores? Num tibi forte euolat anima? O me miserum, (responder:) Deos meos quos mihi feci, tulisti &c. & dicitis: Quid tibi est? Notate hæc sibi op-

19 43

Iudic. 17.
3.24.

posita: Deos meos quos feci mihi: Eui quales Dii, quos sibi fabricat homo, quasi lances esse, pocula, ac testea: gaudens; quis quem debet fabricare? Num homo Deum, aut Deos hominū? Imaginemur ita esse; cum insano errore illos vt Deos haberent, illis destitui causam esse sufficientem iudicabant tante mortificæ, timoris, lacrymarum, vt non mitemur, si ex illis vitam amiserint. Huc ita virebantur fundamento, vt illis non sufficeret, si Deos in templis communibus, & in proprijs singuli deimibus venerarentur, sed & quisque secum deferre studebat Deum suum, sicut modo nobiscum deferimus ad aedes nostras, vel circumferimus Agnos Dei, Sanctorum icones antecas, argentecas, seu martyrum reliquias. Et hunc credo sensum legitimum verborum, quibus Deus per Oseam curare volens synagogam, vel potius dixerimus, animam, sic

Of. 1.
cap. 13.

sic ait: *Auferat adulteria sua de medio verborum suorum.* Nemine ad hereticorum intelligit adus idololatriæ, qui sunt spiritualia adulteria. Vberibus suis puella nobiliores vola sua suspendebant, & milites sub armis, & quisque suos sub velle deos, illos, quos sibi iudicabat necessarios. conformiter istis, quæ præ manibus habebant, nullique negotium aliquid audebat aditari, nisi prius sum factum haberet Deum: hoc enim constanter credebant, sine Deo, illis omnia infansis ausibus obventura. Hæc Gentiles (inquit Deus) faciebant, hæc quæ erat de Dijs suis fides, eiq̃ue tam tenaciter adhaerebant veritati, nullam sine Deo prosperum fore successum, aut negotium feliciter absolvendum: *Et tu Israel, serue meum, quem eligi.* Conflingens argumentum.

timore postposito excitatus? *Et tu Israel.* Quod Gentilis nec passum progredi præsumat, nisi se eum Deum suum dicat comitem, nec noctu decumbete, nec ad auroram surgere, nec negotia suscipere, nec quidquam agere, nec egredi domo, sine Deo suo: *Et tu Israel,* illius confensus veritatis; qui hoc de me credis, quod de mea ratio fradet. credendum diuinitate, tamen audax præsumas esse sine Deo tuo, vno die, mense, anno, decennio? Quod si te deseruerit ob vitam tuam omni peccatorum spurcitie defœdatam, si à te ipse dilexerit, non studeas eum tibi comitem reparare? Ita comedas, bibas, dormias, egrediaris, ingrediaris, tua peragas negotia: quasi nihil tibi apud Deum deesse? Profundius autem hæc verba perpendenda: *Et tu Israel serue meus.* quantum capio, illam spectat historiam de Iacob, vbi ipse Deus ei nomen impofuit Israel.

lib. 4. de Expendit D. August. diuinum consilium, quo
Gen. 1. Deus studuit populo ser ipsius dare cogniti-
onem. dum ait: *Audi Israel Dominus Deus no-
ster Deus vnus est.* c. d. Infideles multos adorant
Deos, quosdam qui illis in his auxiliantur, alios,
qui in alijs: proinde, quot res sunt, tot sita
Deos erigunt. Tu vero popule meus, o Israel,
hæc sit tua primitia fides: quod: *Deus vnus,*
vnus est ille vero ego sum, qui eum sim in me
vnus, collectim possideo, quicquid Gentiles di-
uinitatem suis Dijs attribuant: & hoc de me creden-
dum vobis propono: hoc sit fidei vestrae funda-
mentum, quod D. Paulus suis epepetebat audito-
ribus: *Vi impl. amia in omnem plenitudinem D. i.*
Dij illi nationum, dij erant manes: si enim illis
vnam virtutem asseriebant, negabant alter m.
Nullum enim tam perfectum potentemque fac-
bantur, vt de illo crederent omnem plenitudi-
nem diuinitatis: nosser autem Deus ita perfe-
ctam habet vndequeque Deitatis plenitudinem,
vt extra illam ne atomus quidem sit vllius diuini-
tatis: *Vide te quod ego sum f. h. u.* & non sit alius
Deus præter me. Ego ille sum potens in terra &
in mari, in campis, in multitudine, in montibus
& in vallibus, in pace & in bello, in solo & in
aëlo. Fieri ne igitur potest, ait Dominus, o Is-
rael, vt de me credendo, quæ credis, quod solus
sim Deus, & in me comprehendam, quid-
quid vnquam infideles Dijs suis asserierunt,
quod sine me non sit alius Deus, nec parvus,
nec magnus, nec gratia, nec fauor, nec auxi-
lium, nec prosperiterum eventus, nec virum
fortitudo: quod illi tam solliciti, vt suos se-
cum Deos haberent, tu verò tam sis iners ac
vecors, vt videns te sine Deo, quod ille à te
abierit, te dereliquerit, tam viuus ala cet, & emui

§. 10. *Lucta Iacob fuit cum lacrymis, & quod petebat hoc erat ne à se discederet.*

Arbitratus est Abbas Rupertus, inter me-
morâ dignas S. paginas historias, illam
præcellere, quam iobis refert de lucta
Iacob: *Fansa lucta, & totius ore Ecclesia per
verbum celebrata, qua homo cum Deo luctatus est.*
Homo & Deus in arenam delinunt, ad mo-
romachiam: mirabile spectaculum, in quo
multa SS. Pates offendunt non leuoris disti-
cultatis. Certat enim illud quod Iacob aggre-
ditur, vel iustum est vel iniustum. Si iustum, ergo ius-
tam propugnât causam: quia vt dicit D.
August. a. Et declarat D. Thom. b. hoc bellum
est iustum, quod iustam habet causam. Quari-
tur, potest esse in hoc mundo causa tam iusta,
quæ bellum contra Deum assumptum iustifi-
cet? Si iniustum, qua ratione contra se Deus
bellum patitur iniustum? Et quomodo perpeti
potest immensa illa celsitudo, & inuincibilis
Dei feruitio, hominem secum cominus In-
cipientem, à quo se velit superari, quæque sibi
homo præuakat? Hoc scias, velim, ait D.
Thom. Q. od lucta illa in tra non fuerit viribus
brachiorum corporalibus, sed spiritalibus. Ita
declarat Vates Ofeas illam refertens: *In forti. Cap. 12. 4.*
*in dno sua inuoluit ad Ang. lum & confortatus
est. Reus & rogauit eum.* Luctatus est acriter
cum Angelo, qui venire in Dei persona videba-
tur, eum que superauit, lacrymis & oratione.
Hoc est; non illum stricto gladio, aut brachio-

20
A. B. R. V.
P. R. T. 1. 8.
in Gen. 1.
6.
Gen. 32.
84.
a. 1. 99. in
I. 1. 9.
10.
b. 2. 2. 9.
40. ar. 1.
In 6. 32.
Gen.
Cap. 12. 4.



um motibus, aut protrudendo calcibus, nec contortis cruribus, nec corpore corpus impugnant, superavit. Tota lucta peracta dicitur lacrymis & oratione, cuius ictus erant feruentissima suspiria, cuius impetus, gemitus erant ex imo deducti pectore, cuius conatus erant cordis viscibus erumpentes lacrymæ. Talibus brachijs, (inquit D. Thom.) secum deiecit & fortius Iacob constrinxit fortissimum illum Angelum: ut postmodum Moyles iisdem adeo illum strinxit, ut eum deprecaretur: *Dimitte me.* An hoc nunquam tibi occurrit, quod alius quidem te sit aggressus tam instanter aliquid à te postulans; tamque prægnantibus vrgens rationibus, ac argumentis, ut diceret non me possum ab hoc homine expedire? quodque te adeo premat, ut speratum in suam ducat petitionem? Illis brachijs, illis viribus superavit Iacob Angelum:

Exod. 32.

Ose. 11. 4.

4. Reg. 20.

1.

4. Reg. 20.

5.

Inuoluit in fortitudine sua. Quæ (rogo te) est nostra fortitudo, nisi lacrymæ, suspiria, gemitus, rogationes, obsecrationes, quibus nostram Deo proponimus inopiam: Nulla tanta tormenti bellici vis duplicata, quæ tam efficaciter, ac violentè turrim concutit fortissimam, ut vel vna lacryma, visus gemitus corde contrito ac humiliato productus, qui cor impetatur diuinum aliàs insuperabile.

Ob ingratiitudinis culpam, qua rex Ezechias Deo debitas non tenuit gratias, ex victoria tam inaudita, Angelique percutientis ministerio de potentissimo tyranni Sennacherib exercitu reportata, misit illi Deus nuntium per vatem suum Isaiam: *Præcipe d. n. tui: morieris enim tu & non viues.* Conde tuum ô rex inelyte testamentum: iacta est alea: morieris tu. O dolor, ô gemitus; animum abiecit Ezechias, ut se mortis faucibus audire deglutendum nullum viræ superesse remedium; silere experientiam Galeul, Hypocratis, omniumque scientiam Physicorum; qui attentò pulsu nihil iudicant ab Isaiæ prædictione alienum. Quid acturus ô Rex pijsime, cum adeo tunc in arcum coguntur copix? Conuertitur ad parietem, à qua parte, ex aliquorum opinione templum erat Salomonis, cœpit cum Deo luctari, suspirijs, lacrymis, gemitibus: *Fleuit Rex Ezechias fletu magno.* Necdum Isaias atrium egressus fuerat palatij, & ecce Deus illum reuocat, mandat ad Regem redeat, dicat ex ore Dei: quod se victum fateatur: *Vade dic d. n. tui. Audiuisti orationem tuam, & vidi*

lacrymam tuam. Ita plures habent textus, alij verò legunt lacrymas. Singula notate verba Reuertere, & dic fortissimo, inunctoque duci meo. O Domine, hunc ne talibus honoras titulis, lecto prostratum, plorantem, ingemiscentem? Sic est: viuas habet lacrymas, feruentes orationes, inclamationes funestas; hæc sunt, quæ pectori meo vim inferunt maximam, ac subiiciunt superatum: *Vidi lacrymam tuam.* Hæc vites sunt quæ diuino cordi opponuntur, illud lacrymæ eunt, ac inclinant efficaciter. Deinde, inquit D. Thom. Ut se vidit Iacob inter malleum perant & incudem: intellexit enim sibi occurrere leuam D. Thom. militum manu copiosissima, ad orationis refugit armentarium: vult illum Deus blandius recreare, illi in figura apparet Angeli, tota illa nocte illi comes adhaeret, ad auroram autem cupit discedere, valedicit: ac Iacob pedibus eius cernuus, ingemiscit, orat, deprecatur. Domine Deus ne discesseris à me, ne derelinquas me: en frater meus armatus tendit in ruinam inarmatis, ipse copijs instructus, ego nudus. Si discesseris, actum est de me. Ne derelinquas me, Deus meus, non dimittam te. In te hoc idem petijt, quod postmodum David hostium suorum factione conturbatus: *Deus ne elongeris à me: Deus ne derelinquas me.* Ne discesseris à me. Hoc probè nouerant viri illi pietate celebres Deum esse omne bonum, omnem fortitudinem, auxilium, & sicut illum secum habentes, quidquid ad sui defensionem securitatemque pertinebat, possidebant: ita illo discedente, illis omnia deesse necesse erat, quæ ipsis erant profutura. Tunc quoque Christiane, hoc credens, sit hæc oportet prima, perpetuæque deprecatio: *Deus ne derelinquas me.*

§. II. Prædidit Iacob Iudæorum calamitatem, quod eos Deus desereret, illos deplorat, quod carerent defensore. Eunibus Cherubinis, pariter & templi carrus progrediebantur.

Profundius hanc historiam rimatus D. August. latens arcanum educit in lucem, quo subtiliter explicatur hodiernum Christi ad Iudæos terriculamentum: *Ego vado.* Prophetis Iacob oculis cernebat, isque ita perspicacibus ut ex tanto temporis intervallo conspexerit, quidquid post bis millenos annos, imo vsque ad finem mundi filijs suis in se præfiguratis esset obtenturum. Tota nocte adest illi Deus, amicus, blandus, comes, ad ortum auroræ, & radijs solis

Gen. 31.
26.
1.
crym
ou lo
ant.
Tyon
Dni. 4. 3.
Sephon. 3.
17.
70. 1.
Ezech. 6.
10. 3.

solis erumpentibus, discessum meditatur: *Dimitte me iam enim ascendit aurora. Quid hoc Domine, tota mihi nocte beneficis adhaesisti, & discessum cogitas, me deseris erto iam sole? Nectit, ingemuit, rogat, urget ne discedat. O mysterium! Totum veteris legis tempus, nox vocatur, hoc nomine frequentis illam facia pagina compellat. Hac tota nocte fuit Deus populo Iudaeorum totus beneficis, comis, liberalis. O qualem illis cibum mamma de caelo ministravit: qualem de petra aquam eduxit? quae illis à Deo terra secunda promissionis? quae lex? quod templum? qui sacerdotes? quae sacrificia? qui Reges? qui prophetae? quae gloria? quae maiestas? Quae est alia gens sic inclinata. Dei praesentia confortati suos debellabant inimicos, subijciebant nationes, viuebant populos, honorabantur, divitijs abundabant: *Domus in medio tui, non umbis alia malum.* Attamen ascendente aurora, lucis orto sidere, dum Christus scintillat, miraculorum diffundit fulgentissimos radios, doctrina claret: Iudaei malefidi, lippis oculis, lucem non ferentes, illam extinguere toto conatu studuerunt. Ipse vero discessum cogitat; Audi illum dicentem: *Ego vado.* Videt hoc Jacob, frenda laxat lacrymis, cataractas aperit oculos, & tristes insonat trenos. *Fleunt.* Quos ceteri? filios suos. O filios atortivos, o populum ingratum, ut mortuum te lugeo, cum à te vita discedat: discedente à te Domino illo, ut perditum te habeo, ut extitum de loco: vites orbatus Rege, sacerdote, propheta, holocaustis, altari, templo, lege, Deo. Hoc illis Dominus saepenumero varijs metaphis, ac hieroglyphicis indicavit, quibus eorum extremam delinquentiam ruinam, damnumque praesignificavit illis Christo discedente, superuenientem. Imo ipsidem ipsis, nobis illam manifestat perditionem, quae vos obruit, quando Deus, id peccatis tuis, ac caeca ingratitude commiserentibus, abit, teque deserit inadiutum.*

Vidit propheta Ezechiel Cherubim in facie multiformem, & tota Dei gloria erat super illam, totis erat curruisque circumdatus in templo Dei. Haec conspicatus: vidit quod alas suas elevaret, ac velaret, & per portam templi foras egredieretur. Eo instanti quo Cherubim progrediret, pariter tota haec admirabilis machina rotarum ac curuum progrediebatur, & sequebatur Cherubim, ut nihil reliqui remaneret, quo templum vacuum apparuit ac planè desertum: *Et egressa est gloria Domini à limine templi; & stetit super Cherubim. Et elevavit Cherubim alas suas,*

exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotae quoque subsistunt sunt. Hoc omnibus obuium est, ait D. Gregor. quod Cherub ille symbolum erat Christi, de quo propheta modo loquitur quasi de vno, modo quasi de pluribus, sicut illum prius viderat in diversis figuris. Super ipsum erat gloria Domini, sicut ipse testatur Apostolus: *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Ipse Pater quoque verbis illis declarat: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Erat in templo illo, & in populo illo, & solus non erat, sed curribus rotisque circumcinctus, quibus figuris indicabatur, praesentia, exercitus, vites: in illo quippe tempore praecipua vites consistebant in rotis curribusque falcatis: *Hic in curribus, & hic in equis,* ait David. Eli'eus autem ut significaret, quod tota fortitudo, conseratio ac defensio Israelis Elias esset, illum nominat: *Curru Israel.* Quo tempore Dominus in populo illo erat, eum defendebat, tutabatur, muniebat, confortabat, exercitibus illis Angelorum, quos vidit Giezi ad propheta Elishae, defensionem in curribus igneis: vites illorum una nocte prostravit centum octoginta quinque millia exercitus Sennacherib, quibus Hierusalem gravissima premebat obsidione.

Pulcherrima sunt illa verba, quae Deus olim per Zachariam est proflocutus: *Circundabo domum meam, ex his qui militavit mihi, euntes & revertentes.* Illud spectare videtur, quod D. Basil. notat de apibus. Quamdiu apum Rex manet in alveario, quanta diligentia illum circumdant eundo, & redeundo, adferendo ceram & mel, fauos distillando suavissimos? Numquam de alveario discedunt longius. Porro quam primum rex egreditur, & euolat apiarum, omnes illud deserunt vacuum, sitque vidus araneorum, serpentum, aliorumque reptilium. Quamdiu erat Deus in medio Synagoga, circumdabant eam exercitus Angelorum, qui Iudaeos defendebant acriter, solabantur suaviter, & erudiebant ecclesiasticis documentis. Etiam hoc Deus declaravit ait D. Cyrill. Alexand. dum iubet Moysi circumcirca propitiatorium ac arcem suspendat illas corinas in sculpis Cherubim & Angelis, in formam exercitus: quia ubicumque Rex est, ibi & aula esse dicitur. Et haec natus sit in stabulo, reclatus in praeseptio; illud tamen in caelum commutat, in caelesti Angelorum militia circumfusum, ut dicit D. Lucas: *Facta est multitudo militia caelestis.* Verum enim vero, dum Rex apiarum deseruit, Cherub templo egreditur, omnis illa custodia, societas, Angelorumque subsidium des-

Ad Colos. 2. 9.
1. 17.
Ps. 19. 3. 7.
4. Reg. 2. 11.
22. Zach. 9. 3.
Hom. 43.
I. Similitudo.
De ador. rat. in Spiritu.
Luc. 2. 13.

Isai. 1. 8.

cit, manet vacuum viribus, auxilio, cunctis expositum vermibus, araneis, scorpionibus, hoc est hostium incuribus, viribus, copijs; subsidio, ac praesidio Angelorum, caelestique gratia delictum; tale, quale descripsit Hieronimus: *Et derelinquetur filia Sion, ut umbraculum in vinea, & sicut turris in cucurbitario, & sicut cinis, quae vastatur.* Omnes Angeli, cuncta bona discesserunt, Christo discedente, ut ei dicere liceret: *Egressus est a filia Sion, omnis decus eius.*

Iren. 1. 6.

Quod autem, re ipsa ita conigerit, patet ex eo quod narrat Iosephus. Quod post Christi contigit passionem, antequam Imperatores Romanorum Titus ac Vespasianus illi suos exercitus admovent: porta templi interior, quae adeo grativisa erat, ut ad illam mouendam, aperendam, claudendam ad minus requirentur viginti viri, quibusdam noctibus, nullo cooperante, referabatur, deque templi adytis voces sibi colloquentes audiebantur: *Migremus hinc.* Etiam hoc tam vulgare, tamque commune, ut illud referat

Tacit. 1. 5.

cap. 7.

Cornelius Tacitus. Tacitus historiographus Gentilis addens, apertis valuis auditum fuisse strepitum, quasi per illas innumerae militum copiae procederent, & multi Dei caeruacini de templo excederent. *Tantum Deorum excedentium.* Deos dicit, more Gentilium, qui plures Deos colebant, vel quia illos vocat Deos, quos nos Angelos nominamus. Omnes excesserunt, locumque deseruerunt, suo abeunte Rege ac Domino, unde romanis maledictus ille populus talis, qualem hodie videmus sine lege, sine Rege, sine honore, sine quiete, sine templo, sine Deo, toto vagus orbe terrarum, factus omnibus nationibus, etiam miseris mancipium ac vile perisplema.

§. 12. *Abeunte Deo mansit ille populus, ut spelunca, leone egresso, quam quilibet serpens ingreditur.*

Hier. 25.

38.

Hoc iam à multis annis praeviderat in spiritibus Hieronimus dum ait: *Dereliquit quasi leo umbraculum suum quia facta est terra eorum in desola sonem à facie ira columbae.* Quando suo moatur Leo in spelunca, nec vitulus, nec tigris, nec vulpes, nec canis, nec serpens, nec aliud quodvis animal propius audeat accedere, quod si praesumpserit, vita sua, & vivo rugitu leonis cuncta prosternuntur, ac in fugam aguntur animalia: *Leo rugit, qui non timebit. Si vero discedat, autrumque deserat, cuncta animalia, quaecumque voluit, etiam caetera illud*

subintrant. Deus Leo dicitur ferocissimus, antea latebat Synagoga, vocatur autem à Hieronimo valde mysteriose: *Umbraculum.* Erat enim in Synagoga, quasi in spelunca umbrata; cum illic esset vmbis illis, figurisque cooperatus sacrificiorum, sacramentorum, ac ceremoniarum: ob quam rationem ait Apostolus: *Vimbram habent lex futurorum.* Dum hic hoc loco leo haretet, ne potentissimi quidem terrarum accedere praesumebant, quod si praesumerent, damnum, poenamque recipiebant, unico rugitu illos retrocedere coegit, ac in apertissimam fugam compellebat. Ita legitur factum ducibus illis, qui se mundi totius iactabant robustissimos Zeb, Zebec, Sahana, Seon, Og, Sifare. Similiter Senacherib, qui centum octoginta quinque milibus pugnatorem terram tremore percellerat: Heloferni patrem, tanto superbiae fastu insatiato, ut nullus ei in faciem resistere audeat videtur: 7. adduco & Rasim ac Phasae, qui copiosa manu Iudam aggrediebantur, testes sine Antiochus & Nicanor. Accedit Heliodorus, ira turpidus, qui templum violaret, Deique thesauros sacrilegi & fr. daretur. Prodit eques Angelus, aurei armis fulgidus, duobus alijs comitatus, qui eum prostravit, adeoque datus excepit flagellis, ut semimortuus vix evasent, redit ad Regem, suspirat, ingemiscit, protestatur, si quis leonis ferocissimi cupit vngibus, vita prodigus, lacerari, propius accedat. Porro cum similes multi casus acciderent, non miremur, si Reges, si Principes, si terrarum potentissimi locum illum summo honore dignum indicarent, eiusque reverentia tertefacti contremiscent.

Hoc significavit David in quo declarat, quia ratione Deus sibi in habitaculum elegerit urbem, templumque Hierusalem: ubi suam prodidit potentiam, celsitudinem, maiestatem: *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in Civitate Dei nostri &c.* subiungit. *Eccc Reges terra congregati sunt, convenerunt in unum; Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos, sibi dolores ut parturientis &c.* Porro abiit leo, speluncam suam deseruit: *Dereliquit quasi leo umbraculum suum.* Quid inde? *Quia facta est terra in desolationem à facie ira columbae.* Aduerbum illud (quia) idem est ac si dicas: *Propter quod: q. d. Quia Deus discessit, desolata fuit terra: à facie ira columbae.* Verbum hoc mysterio statet admirabili. Sentiant aliqua, per columbam intelligi Assyrios, vel Babylonios, eo quod in villis suis praesertent columbam in memoriam celeberrimae Reginae Semiramidis,

I. Indei Deo illos deferente à columba emittit.

D. BERN. Ser. 2. de Egipt. ad mansuetudo.

D. CHRYS. Ser. 2. de animal. est.

Indei 5.

famis, quare fabulati sunt in columbam transfutatam. Credunt alij, romine columbæ sumi gladium acutissimum: eo quod in Hebræo potitur verbum, quod simul significat & columbam, & gladium exprimentem: ita legunt Septuaginta: *A facis gladij opprimentis*. Attamen melius dixerimus Cruanio litteram & id quod verba sonant, quibus propheta suspendium manifestat mysterium. Nulla mansuetior avis, minusque bellis apta quam columba: de ea ait D. Bernard. *Quod agnus in animalibus, hoc columba in avibus est, summa utriusque innocentia, summa in mansuetudo, summa simplicitas*. Necere cuiquam nesciunt columba, ledere non videntur, ideo non incongruè ad indicandum agnum Dei, venit columba. Idem expendit D. Chrysost. *Columba animal est, quod præ omnibus volatilibus ceteris amantissimum, & contubernale est, ac mansuetum, innocensque ac facundum, & dum sicum, quod versatur, quiescit, & habitat in domibus nostris, cuius propterea specie spiritus S. accepit*. Quod etiam hoc simbolo declarat propheta, res multas, infirmas, hecilibus animis debiles: quod sicut dum Deus mirabatur cum populo inæorum, terræ potentia, vires humana fortissimæ lupetabantur, ita Deo recedente, maximè debiles inimici, tam enervæ & pusillanimes, ut columbæ, illes sibi subijciebant, vincebant, subigebant, iridebant, sic ut illis nulla ad resistendum vires superesset, homines elumbi quæ nec irata columbæ auderent resistere: ut vel vultu, heumitè, illos in fugam compellat columbæ timidores. Hoc autem ita cunctis erat appetum, ut quando Principes huic populo bellum indicere tentabant, primum inquirerent: qua ratione cum Deo suo conveniret, non illum peccatis suis irritasset; ita ut illos deseruisset.

Hoc supposito, ita auguratus est tuncque suffragium suum Dux Achior coram Holferne, in bello illo cætu; ac concilio de captivitate Bethulia, quæ supremis eius viribus, infirmitque copijs sese opponere præsumperat. Admiratur superbus Imperator, suosque consiliarios constituit, petique sententiam; cum præfatus Achior: Domine populus ille Deum colit instar leonis ferissimum: si illi fideliter serviat, est ipse cum illo, illum ita generosè defendit, ut omnes eius perdat inimicos. Si scelestis suis illum provocet, abijt cum deserit, manum retrahit auxiliarem, unde tam debilis, abiectione vilescit animi, ut eum sibi gallina subijciat. Si bellum ei parat, primum inquite & rei cognosce veritatem, num Deus eius cum illo sit, vel ob eorum peccata recesserit. Si cum illo sit, ne propius accesseris: cum nominis enim tui dedecore tuique exercitus internecione in turpem fugam compelleris. Sin autem abierit, vel minimè exercitus tui cepit plus satis est ad illum debellandum, urbemque capiendam.

Hieron. Bept. de Lanuzæ Tom. II.

Idem quoque intellexit barbarus ille Sennacherib, referente Isai, qui ludæos bello læcessiturus primum compertit, quod ob commissam in Dei nomen gravissima scelerata, ipse se illis subtraxerat, erant deserti, ut aquila: ova in nido, dum illa alio volatit, quæ vel periculum possit colligere: *Invenit quasi nidum manus mea foris tuam populum, & sicut colliguntur ova, quæ derelicta sunt*. Similiter dum super eos irruit Nabuchodonosor, à Deo derelictos nullo resistente, nullo negotio subiecit, captivos abduxit, nec animis ad resistendum valuerunt: *Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentium*. Quasi grex ovium absque vlla fortitudine, languidus, vecors, inualidus. Hoc ita toti mundo periculum evaserat, ut sicut Gentiles multa sumpturunt ex populo Dei, ut ostendit Tertullian. a D. Clem. Alexand. b. & D. Gregor. Nazianzen. c. ita quoque hoc hauserunt, & quod de Deo Israelitarum intellexerunt, de Dijs quoque suis crediderunt: quod si recederent, colique desererent, omni bono, favore, subsidio destituerentur; & quicquid contra eos tentarent inimici, prosperum, faustumque haberet eventum.

Hac occasione notat D. August. d. dum Græci Troianam parant oblationem, ut militibus suis darent animas, hoc eis primum persuasit: *Deos tutelares urbem, populumque omni præsidio, viribusque deseruisse destitutum; ita canit Poeta Virgilius.*

*Discessere omnes ady, se arisq, reliquit
Dij quibus imperium hoc fecerat.*

En modo supremas Christi minas ludæis intentatas: *Ego vado*. En quàm debilis, quam enervus fuerit ille populus; qua clade, quo exterminio illos affligerint Romani. Quàm illos invenerint imbecilles? Quàm merces subigant? Quàm abiectiones captivaverint? Quàm quasi per iocum plurimos interemerint, alios autem ita vilipenderint, ut eorum triginta denario vno dilaberent? Attende quales per orbem oberrent incerti laris: & qui prius habebantur invicti, bellicæ gloriæ celeberrimi, lege, templo, rege sacratissimi: *Quæ nunc sit iudæya*. Modo exhibiles ut abiectiones, mundi periplena, vilissima mancipia, ab omnibus despiciet, pretitos, nec est

24

Isai. c. 10.

Tren. i. 6.

a In ap. l. g. ad. uct. fia. gentis e.

47. b Lib. 2. Ser. mat. in prin. c. l. 5.

c Orat. 1. contr. Iu. lian.

d Li. 2. de Civ. c. 22.

Virgil. l. 2. Enesid.

Deut. 1. 4.

K

quæ

qui resistat, qui subueniat, qui defendat, qui ad honoris primi statum reducat humiliatos.

II. Homo à Deo desertus facile superat.

Hanc tuam deploro, Christiane, calamitatem, quando ob tua demerita à te Dets abcedit: qualis manes? Quam metuis, vecors, exanimis? Quisquis te daemon tentator aggressus, superat: quislibet te proleuit appetitus, quislibet motus erincit, viribus non polles aut minimi verbi tolerantiam, nec alterius vales repellere lubricum intumum; nec tibi constans subsistere ad vitis simbria, vel calcei strepitum. O te deiectum, ô miserè prostratum?

Hier. c. 3. 2.

Leua oculos tuos, in directum. Et vide ubi non profstrata sit. Plange charissime anime perditionem, ingemisce ac tuam luge calamitatem; & hanc esse maximam tibi persuade, quod longe sis à Deo, Deusque mille à te discesserit.

Psal. 118. 155.

leucis numquam rediturus: Longè à peccatoribus fallas.

D. AMBR.

l. 2. d. par-

ziti. c. 6.

T. 4.

Thren. 1.

16.

Hoc plangebatur Hieremias, ut notat D. Ambrosius: Describit propheta vitem Hierusalem; viduam, desolatam, portas eius destructas, euersos muros, eiectos sacerdotes, templum profanatum, puellas exonoratas, ipsam oppressam amaritudine: cui subiungit: Idcirco ego ploravi, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est à me consolator, conuersions animam meam. Magna sunt hæc & graua, verumtamen haud ego illa deploro, sed quod ab ea suus recesserit Deus, suus consolator: Hinc trago clamorum, perditionis, vastationis: hanc ego lugeo miseriam. Quasi dicens: inquit D. Ambrosius, in his ego steto; & oculi mei caligauerunt à stitu: quia elongauit à me, qui me consolabatur. Aduertimissè quod hunc acerbissimum malorum suorum cumulum arbitrabatur, quia deerat, qui consolaretur moerentem. O te baabatenus sapientem, qui diuitiarum luges meturam, filij necem, quam patris infirmitatem, quâ laboras, calamitatem; ne hæc planxeris, sed ingemisce, plange, luge, quod à te Deus abierit, quod talis vixeris, ut Deum à te expuleris, ipse te deseruerit; sicque cum sine Deo sis, quid stupes, te hæc inausulta optinere, contra te cunctas præualere aduersitates, ut dixit Sauli Samuel? Quotidie animam tuam persequere, num tibi desit Deus, quod licet fidei certitudine scire nequeas, num illum per gratiam tecum habeas amicum, multoties tamen potes cognoscere, num ille ob à te parata crimina discesserit. Si hoc ita sit: nihil aggrediaris, ne passum quidem tuis in negotijs procedas: cuncta enim sinistra aibus euentent inatificata. Quodcumque time dam-

num; cum sis enim sine Deo, nullum tibi paratur auxilium, nullus est defensor, nemo consolator.

§. 13. In peccato vestro. Abit Deus: quia illum eycium: ipse quippe in anima desiderat habitare.

Quærens me, & in peccato vestro moriemini.

His verbis exponit Christus miserandum suorum statum inimicorum, finemque infelicem, quo eos prædicat mori ros. Inuestigantur peccato grauissimo infidelitatis, rebelliosis, ac tanta perueritate, ut qui oculis suis spectant, eos tantaque eius præclarissima miracula, tot suæ diuinæ personæ lucidissima argumenta, in illum credere nollent obsecrati: quinimo, quo plura parabat, eo fiebant deteriores, eo maior eum odio persequebantur; eo caue peius & angue illum exhorrebant. Hæc illorum igitur peccatum est tam enorme, ut per antonomasiam vocetur peccatum. Ita Christus: Si opera non fecerint in eis &c. peccatum non habent. Alias iterum ait eos arguendo: De peccato: quia non crediderunt in me. Tante malicie peccatum, ut illud fuerit, quo inter clarissimos solgentissimæ hinc radios obtenebrabantur, cuius rei tantò rapiebatit stupore vates Isaias, ut refert D. Iean. Cum tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in me. Porro pessimum hoc erat, quod nedum illud committere peccatum, sed in eo perseueabant, imò & perseueraturi erant contumaces. Hoc vult illis indicare, ex sententia D. Augusti. Quærens me; quod eum essent quæsituri, non eum quærebant ei benefacturi, sed honorem vitæ tamque eius perdituri, eo modo quo dicimus, vitæ ille suum quærit inimicum: & hæc phrasi frequentis vsus est David: Fortes quæserunt animam meam. Versificati sunt, qui quærebant animam meam. Confundantur, & euertantur, quærentes animam meam &c. q. d. Ego vado, vos verò perseuerabitis in vestris malitijs, me persequeutes, & omnem viam persequentes, quâ mihi vitam auferatis, &c. Moriemini in peccatis vestris, Decidite. En miserandum statum, quo viuabant Iudæi cunctis mortalibus insaultiores. Peccato obdurationis contra Christum involuebantur, illudque ita cordis visceribus ac peruersæ suæ voluntati gerebant intoxicatum, ut in illo mordicis perseuerarent, & vsque ad extremum spiritum essent perseueraturi. Obtestatur illos Christus, quod numquam discessum ab illis imedita-

retur, si prius illi eum à se peccato, & inobediencia seu rebellionem non eliminarent.

I. Obijcit valde congruè D. August. hanc questionem. Vt prius alterum deserat, Deus peccatorem, aut peccator Deum? Et respondet, quòd nunquam Deus abeat, nec per gratiam deserat peccatorem, nisi prius se peccator ab ipso elonget, eumque per culpam deserat. Hanc nobis resolutionem tradit & docet sacrosanctum Concilium Tridentinum: *Nunquam Deus deserat hominem, nisi prius ab homine deseratur.* De quo sic D. Bernard. *Fid. lu. scius est, nec deserit sperantes in se, nisi ipse prior deseratur.* Ipse Deus hoc declarat (ait D. Augustin.) ijs verbis quibus primum patrem est allocutus: *Quocumque die consideras ex eo morte mortificari, q. d. qua die me deseruisti per inobedientiam, deserem te per iustitiam.* Idemque significauit quibusdam argumentis relatis ab Ezechuele, quibus Deus animam (sic licet interpretari) sibi alloquitur deseratam: quam vt frigidam ac thori deserticem, tepidauit, ac recessit. Illi in memoriam reducit, ea quæ in die desponsationis peracta sunt, ac illud inter alia: *Et iuravi tibi & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi.* Anima recordate, quòd te mihi desponsans iurauerim fœdusque ierim fidelissimum, quòd quantum est ex me, nunquam te desererem, nunquam tibi dessem infidelis. Quid ais ò Domine? Tu ne illi iurasti, spondidisti? Spondidi, iuravi; & ipsa quoque tibi? Nequaquam. Quomodo hoc? In sponsalibus, non solum fidem iurat sponsus, sponsa, sed & sponsa sponsi. Si illi fidem adiuuasti, cur non & illa tibi? O grande sacramentum, quo Deus reclat se nunquam ex parte sua deseraturam animam, quam sibi per gratiam desponsauit: iam enim dixi: *Aposolu, quando Deus aliquis iurat, tantum valet, ac si dicat impossibile est aliter fieri: & ita est, quòd absolute sit impossibile, Deum ex se & proprio motu abire, & animam deserere, quam sibi per gratiam coniunxit, assumpsit, iustificauit: ipsa est, quæ non prestat fidei iuramentum: ipsa quippe est quæ desicit, & propria voluntate ac libero arbitrio prius Deum deserit, quam ipse de discessu cogitet.*

ostigens familia y fabrica: atq; ministerio. Deinde compatiens vt pater misericors, misericordie nostræ, & gratum habens oblatum sibi à Noë sacrificium in gratiarum actionem iurat: *Nequaquam ultra maledicam terra propter homines: sensus enim, & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Vt verò Noë, cæterisque redderet huius promissi securiores, de hoc cum Noë frater sancit: *Di- xit Deus ad Noë, & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro.* Nota (monet D. Chrysost.) Dei misericordiam qui cum hominibus agens, agit more hominum: *Sicut in humanis negotijs (ait D. Chryl.) Si quis promittit aliqua pactum fieri, & caris argumentis ac indicijs securum alium facit, ita & benignus Dominus dicit: Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & c.* Turbatur Noë, terrebantur filij, ob triste mundi diluuium, futura & alia Dei supplicia formidebant, neperes posteri, hertum consue similia fieri posse, nec immerito, trepidabant. Deus & his & illis omnem aufert metum, netimeant tale quid deuo futurum & in eius confirmationem, ait: *Ecce ego statuam pactum meum vobiscum. Non ad sciam nauitiam spectans, sed ad nos: am infirmi: a. em, non con- tuit est promissione sua, quam verbis d. d. f. d. pa- etum facit, & signum dicit quod perperit d. vras, tali metu humanum genus liberare possi. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum inter me, & terram, & cum obduxero nubibus caeli appa- rebit arcus meus in nubibus & recordabor fœde- ris mei vobiscum & c.* Legit D. Chrysim: *ra sentit: Arcum meum pono in nubibus: Nubes aquas effu- derunt, quibus mundus deserijt ille enim font, (ait D. Thom.) de quibus dicitur: *Cataractæ caeli aperte sunt.* In illis conficimo, statuoque vi quid perpetuum, licet in materia fluida, figuram, arcum se habet caeli.**

Ne hæc ita intellexeris, quasi ante nõ fuerit, vt aliqui volunt, realiter enim fuit arcus in nubibus: cum pluuia fuerint, & eadem cause eiusdem productionis: atamen non erat in ratione signi. Pactum inis enim proximo tuo, & in tesseram fidelitatis das ei anulum, iam ante erat hic anulus, at non in ratione signi, quam modo habere incipit. Statuo (inquit Deus) hunc arcum, vt signum testamenti, quod vobiscum sancio, quia inter homines, id quod actum confirmat, est signum. Et ad quid? Quando obduxero caelum nubibus, & apparet arcus: *Recordabor fœderis mei inter me & vos.* O cælorum Domine, quid ais querit

Ita reperies ab ortu mundi Deum in diebus Noë fœdera percussisse. Totus mundus in ligno positus erat, omnis quippe caro corrupebat, iam viam suam, Dei promouetur iustitia, vi finem tantis imponat sceleribus, cuncta confusum, mat viuencia inundantis aquis diluuij mundum decergerat vniuersum; soli pareat Noë eiusque



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

29 (quod dicit Chrysostomus) an tam labilis tu me-
 30 roria, ut tibi necesse sit recordari? Non hoc
 31 ob se dicit, sed propter hominem, more S. Scrip-
 32 turæ, quæ dicit Deum agere, id quod, agere
 33 facit: *Nunc cognovisti quod times Dominum*, id
 34 est, *nunc feci te cognoscere* &c. Quando obdu-
 35 xero confensus nubibus æthera, quæ terræ mi-
 36 rari videbuntur insaufa, ponam arcum meum,
 37 ut recorderis pacti, & promissi mei, quod te-
 38 cundo mundum non sum diluvio perditurus:
 39 *Non quia ipse opus habet recordatione, sed ut
 40 nos ad illud sequamur respicientes, nihil aurum
 41 suscipiemur, sed ista tunc recordemur promissionis,
 42 Et reboremur, Et silemus.* Domine, si pa-
 43 ctum meas cum hominibus, & sit factus in-
 44 ter te & illos: quomodo tu solus es, qui, no-
 45 stro loquendi modo, nostro more te ipsum ob-
 46 stringis? Quomodo tu solus, qui signum das
 47 securitatis, quod verò non deus infidus, sta-
 48 bilisque firmus promissis? An hoc ratio non
 49 exigebat, ut sicut tu, ita modo te mortalibus
 50 obstringis, te de cetero non amplius illis iral-
 51 citurum, ut in los altero diluvio demergas; pa-
 52 nter ex altera parte & illi se obligarent, quod
 53 de cetero similibus te scelentibus non essent ir-
 54 ritam? Hoc non; Deus solus est, qui no-
 55 stro more se hominibus obstringit, & ipse ac-
 56 cum statim in celo in signum, quasi dremi
 57 promissi fidelissimum, hoc enim est quod ipse
 58 pretendit, hæc eius mens, ut videamus, ac
 59 sciamus, quod ex parte sua numquam ipse
 60 deficiat promissis gratiæ suæ, donorum, mi-
 61 sericordiæ; nos vero ipsi deficiamus, promissis
 62 fallimus: numquam nostra nobis venit
 63 perditio ex Dei parte, quasi ipse nos deserat,
 64 nobis deficiat, minime, sed semper ex parte
 65 nostra peccatum est, nos eius misericordiam,
 66 gratiæ domique non respondemus, illis non
 67 cooperamur, nos illi terga verò imus ingrati, nos
 68 illum deserimus periculis, nos ipsi nosmetipsos,
 69 sed diffidimus, cupiditatibus inhaeremus.
 70 Hanc doctrinam prosequuntur probantque
 71 subiliter D. Basil. a. & D. Augustin. b. Atque
 72 ex illo principio declarant illis adeo familiari:
 73 *ut sicut vita corporis anima est, ita vita animæ Deus
 74 gratia est. Dicamus a. d. h. f. d. res mei.* inquit D. Au-
 75 gustin. c. &c. Sed tamen verum dico. *Dna sunt
 76 in illo portis anima est, sic vita animæ Deus est: quomo-
 77 do si anima deserat corpus moritur, sic anima mo-
 78 nunt pro- vitur, si deserat Deus. Nihil magis delectat ani-
 79 mam abo. mam in tota rerum natura, quam proprio vni-
 80 ti corpori, ei dando esse, vivere, sentire, moue-*

re, & qui, quid boni possidet; hoc enim pro-
 81 prius est ei, lotus. Ad quod talem habet incli-
 82 nationem, qualem lapis ad centrum, & ignis ad
 83 lydena: prout de licet eam Deus videret adamanti,
 84 margarita, aut etiam partem cæli, aut stelle
 85 fulgentissimæ, & soli, non hæc a quieteret, quin-
 86 imo semper quasi vim passa doleret, si extra cor-
 87 pus suum alteri cui libet videretur. Hoc ita verum
 88 iudicat D. Augustin. a. & exponit D. Thom. b. a. f. r. a.
 89 Q. od animæ sanctæ cum in cælo, & consequen-
 90 ter, quarum desideria ac appetitus in omnibus
 91 fatiatur beatitudine, nihilominus optant, de fide-
 92 rantque semper redire, suisque corporibus remi-
 93 ri, eo modo, quod si aliquid p. flet infinitum il-
 94 lud gaudium in aliquo diluere, hoc esset, quod anima
 95 viderent se suis privari corporibus, in quibus volu-
 96 vnaquæque earum quasi in centro suavitè re-
 97 quietit. Hinc educimus, quod anima numquam desit
 98 prior egressum de corpore medietur, si prius ex cuius-
 99 parte corporis contraria dispositio non appona-
 100 tur, ut feb. is, quæ corrumpit sanguinem, in quo
 101 habet anima sedem principalem, laqueus, qui cupit
 102 ei vitales spiritus praefocet, quibus in corpore
 103 conservatur: istus pugionis, qui cor transierbe-
 104 ret, ubi illa præcipue residet, vulnus quo ei caput
 105 medium dividitur, ubi ipsa suas primas habet
 106 operationes.

Hæc supposita propositione, dico: quod sicut
 107 nihil ita recreat animam, ac corpori suo vnitum,
 108 nihil Deum plus recreat, quam animæ vnitum, in
 109 eaque demorari: hæc eius est lectulus quietis,
 110 centrum, & locus habitationis. Placet audire
 111 Deum quibusdam hominibus colloquentem, qui
 112 sibi in eo gratulabantur, quod proponerent Deo
 113 domum ædificare ditissimam, multo artificio-
 114 auri, argenti, architecturâ præstanti & eminea-
 115 tissimâ, sibi que mutuo dicebant: O quam liben-
 116 ter Deus hanc domum inhabitabit, tam opulen-
 117 tam. Vocat Deus Masam, cui præcipit: vade,
 118 dico illis: vos nonus alligat terror: *Cælum sedes
 119 mea, terra autem scabellum pedum meorum. Quæ
 120 est ista domus, quam ædificabitis mihi? Et quis est
 121 iste locus quietis mee? Rationis impotes: quam
 122 potestis ædificare domum tantæ meæ celestibus
 123 condignam, quæ mihi sit sedes quietis? Cælum
 124 tantæ est maiestati nimis angustum, & ter-
 125 ra vile pedum meorum suppedaneum. Qualis
 126 erit igitur, Domine tuæ domus quietis? Super
 127 quem requiescet spiritus meus, nisi super humi-
 128 lem, & mansuetum, & tremens in sermone meo?
 129 En meæ locus quietis anima est humilis, mitis,
 130 timida, ibi moratur: *Ad eum veni, quæ, & man-
 131 sionem apud eum faciemus.* Et hæc ratio princi-
 132 palis.*

Deus primuo Adamo proponebat: *In quatuor-
quo die consideris ex eo, morte moreris*, hinc intel-
liges primo: cur peccatum mortale hoc non e-
uocetur. Quando dicitur infirmitas, vel vultus
mortale: Quando sufficiens est vt de corpore ani-
mam expellas, in quo consistit ratio mortis. Est
autem mortale peccatum infirmitas, seu vultus
animæ, quod Deum expellit ab anima de quo eius
vita dependet. Quocirca dicit spiritus S. *Homo per
malitiam occidit animam suam*. Et Angelus Ra-
phael Tobie: *Qui faciunt peccatum & iniqua, &
hostes sunt animæ suæ*. Secundo: quam grauius
Deum offendat, qui moraliter peccat, & quam
iuste tam horrendo mæltetur supplicio, scilicet
æternâ poenâ, ignibusque sempiternis.

Domine, quærit D. Chrylost. pro actu vno tam
leui tale supplicium? Quid Dei interest, quod ta-
li seuar contumelie, seu quod aliam ad illicita
peritiam? Quid Deo refert, quod male ex-
cipiam inimicum, aut verbo proximo nocentem
ignominiose. Num ego Deum laedo? Num
quid illi tollo? Nihil tale quid facio, sed nec in-
tendo. Multum aberras. Scire vis, quam graui-
ter Deum offendas? Quam grauius, die quæ-
so, patrem filius offenderet iobitem, diuitem,
sanctum, qui illum alit, sustinet, fouet, qui nul-
lus præterquam illius, curam gerit, & hoc
agit, vt omnes sui famuli, mox omnibus il-
li seruiant, si vt nigerrima Æthiopis virissi-
mæ complacere, seu vt patris inimici satisfac-
ere voluntati, cuius hoc sit consilium parentem
interimere, assumeret gladium, seu baculum, &
durius flagris patrem domo eliminaret, eius-
que locum seu sedem, seu cubiculum Æthio-
pissæ aut inimico cederet parricida? Num ta-
lis impudentia possibilis? Quod si talem offen-
deres filium, qui in parentem auderet talia,
quo eum dignum supplicio iudicares? Quid con-
tensens esset, pater cum illo faceret, quia pec-
na multaret? Quod impudentis scelus ab Ab-
salone patratum? qui parentem David do-
mo propria, regio palatio exturbauit; exce-
debat pius rex, grandævus domo extorris, fletus
largiret. Diuino hoc actum consilio (inquit D.
Chrylost.) vt infami morte quætu suspensus in-
teriret, medius inrer cælum & terram, expulsus
è cælo, reiectus à terra, tribus lanceis traustollus,
ingenti lapidum cumulo tumuloque contextus,
qui condignam tanto parricidio poenam designa-
rent. Vtinam tibi Deus oculos aperiat, videalique,
quod multo peiora committas in Deum patrem
tuum benignissimum, sique tua grauiori digna
impudentia supplicio. Peccatum nihil aliud est,

quàm *Rombæa acuta*, resse spiritus S. *Omnis iniqui-
tas*; quâ Deum confodis: dicitur flagrum, quo
eum anima tua como exturbas perduellis. Et
cuius rei gratia Job quandam carnis vilissima vo-
luptatem, ex inimici sui damonis & hostis tui
sustulione fraudulenta, cuius hæc ca mens est & om-
ne studium, vt te perdat, te integritate condem-
net in sempiternum. Quam merete vincis tam?
Qualem Deum animæ intentabat, per prophetam
Ezechielem: *Calicem bibes profundum & lacum*
&c. *Quia proiecisti me post corpus tuum* &c. In-
super tibi vale timen-um, ne Deus deuo nolit re-
uerti: forte creois, in il aliud esse quam al quem
adhibis tuis sulibus eijcere, & pugionibus infer-
qui, & velle, vt ad p. iniam mox vocem reuertat
te quâ tu necessitate pressus eum in tui advocas
auxilium.

Merabatur Iephte in terra Galaad: Reipubli-
cæ conspirat senatus, eumque ex quadam rau-
sea, vel amaritudine ciuitate terraque expellit de-
decoratum. Elapsis post diebus, conturgunt
Ammonita, bella suscitant, Galaaditas oppri-
munt, nullum sibi vident ab hostibus effugium,
nisi in sui accessant Iephte defensionem: lega-
tos illi mittunt vtros verbus primarios: *Veni & Iudic. 11.6.
isto Principis nostri, & pugna contra filios Ammon*.
Quibus ille, via à triduo me dedigrabunt: ex-
mero vestro cerebro insaniam expulsus, & qui
meritas impudentie vestre poenas luere debere-
tis, me modo rogatis, vt vobis feram auxilium?
Nonne vos illi, qui odistis me, & cecistis de
domo Patris mei, & nun. venistis ad nos necessi-
te compulsi? Emphatica valde sunt singula ver-
ba ex ore Iephte prolata, sed multo magis à
Deo. Quid cogitas in partissimè nebulo: Deum
gius iniurie immemorem, quâ eum anima tua,
turpibus cieicisti conueisionibus? Quid tibi per-
suades pauperum sanguifuga, Deum tanta im-
pudentie obligatum, quâ eum coris tui vis-
ceribus exulem ob vilissimum pretium exturba-
sti? Caue tibi, ne mortis hora, quando eum
in tui invocas auxilium, non idem tibi resp. on-
deat, quod olim Antiocho, Ca'n & Sauli, &
pluribus eiusdem farina peccatoribus, quos suis
in peccatis morti permisit obduratos. Tertio:
disce, monet D. Basil. quod tibi nullus plus no-
cere possit, aut maius adferre detrimentum,
quàm tu tibi ipsi inimicus. Malum non est aliud,
quàm privatio boni & tanto maius, quanto bene-
priuat nobiliori. Quod omnium est bonorum, op-
timum? Deus: *Omne bonum*. Ille tibi maius in-
eret damnum, qui te isto priuauerit bene. Et
quis ille est? Tyrannus: inimicus: paupertas?
oppo-

opprobrium? leones, iurides, serpent s., fornaces
ardentes, gladij, tota gehenna crudelitas? Ne-
quaquam, sed peccatum. Illud verò quis facit?
Præter te nemo. Tu es ille vir, qui propria illud
committis voluntate, proinde tu ille ipse es, qui
tibi manus infers nocivum. Huius occasione
edidit D. Chrysoſtallum tam doctum quam elo-
quentem tractatum; quo ex iustituro probat il-
lud commune axioma: *Nemo leditur nisi à se ipſo.*
De quo diximus in nostris tractatibus. Hinc aie-
bat D. Bern. quod neminem plus timeret, quam
seipſum, nec ab vilo sibi magis cauere, quam à se-
ipſo. Ab inimici tibi caves manibus, potest enim
in te solum explorare, pugione transfodere: sed à
tuis tibi magis prospice manibus, ex illis enim
profluit glans ænea, mortalis magis, quam for-
tissima catapulta nimirum mortale peccatum,
iaculum venenatum: *Plena venena mortifero.* In
tuam ipsius animam, qua eam occidit, & omni-
priuat bono. Quocirca D. Berna. exponens
illa verba Dauid: *Eripe me, Domine, de manu
peccatorum, de manu contra legem agentis & ini-
qui.* Conuersus ad Deum sic ait: *Ego sum pec-
cator, ego dolose agens, & iniquus, eripe me de
manibus meis.*

*S. 15. Deus proprio motu non occidit hominem,
ipse sibi homo per peccatum procurat mor-
tem.*

*Rom. quod
dicitur.
Etsi.
Iacob. 3.
8.
Etsi. 70. 4.
Gen. 3. 17.
Toren. 4.
Ips. 10. 7.
I. a. 9.
34.
I. 15. Mor.
e. 29.*

IN peccato vestro moriemini: Deobis modis po-
est hæc intelligi sententia Saluatoris, & vtrum-
que sensum admittit illa præpositio: In, quæ tu
facti: litteris bifariam inducitur. Primum, ut sit
causalis: sicut in illa sententia Dei ad Primæuos
nostros patentes: *Maledicta terra in opere tuo. Id
est propter opus tuum, peccatum tuum.* Et Hiere-
mias: *Christus Dominus captus est in peccata nostris.*
Id est propter peccata nostris. Secundum: ut theat
concomitantiam, ut in illa sententia Dauidis: *In
peccatis conceptus me mater mea.* Et Pharisæi cæco
obicebant: *In peccatis natus es totus.* Et utroque
modo capi potest in hæc Christi sententia. Pri-
mum, velut illis perditis hominibus prædicere:
In peccato vestro moriemini. id est, propter peccata
vestra moriemini. In manifesto est doctrinam D.
Gregorij, & sapè satis in sacris litteris reperita,
quod Deus ita sepius stomachetur, ob peccata
alicuius, ut eorum poenam, eius vitæ terminum
imponat, ac moriatur. Ita occidit impudicum Il-
lum Her primogenitum patriarchæ Iudæ, de
quo S. lectio: *Eius Her nequam in conspectu Domini.*

ni, & ab eo occisus est. Similiter & fratrem suum
Onam, de quo ibidem: *Perussit eum Dominus, quod
rem detestabilem faceret.* Nec Saulem, præterea-
mus, cuius necis S. Spiritus hæc assignat ratio-
nem: *Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas
& c. Ideo interfecit eum Dominus.* Ita quoque mun-
dum peccatis, secleribusque corruptum diluio
interemit, ut ex professo alias latius prosequemur.
Ne credideris, amice, quod tibi velit Deus vitam
pro libitu suo adimere, aut in hoc sibi complaciti
iureiurando quippe, & clarissimis verbis per pro-
phetam Ezechiel oppositum protestatur: *Vno
ego, dicit Dominus, nunquid voluntati meæ est
mors impij, dicit Dominus.* Et per Hieremiam:
*N. n. enim humiliauit ex corde suo, & abiicit
filios hominum.* Et publico Moysi præconiò voluit
illud emulgari: quid aliud vult Dominus à te,
nisi: *Ut longo viuum tempore, Tua Deum iritant
peccata, stimulant, excitant, & gladium illi
præbent, quo te, etiam inuitus occidat.* Hoc etiam
intellexit D. Paul. his verbis: *Simulus mortis pec-
catorum.*

Rationem admiremur Spiritus S. quâ hæc ex
mentis proposito do. et Lib. sapientiæ veritatem;
persuadens magis ponderis, & tenerioribus ver-
bis hominibus, ne sibi tanto studio ac cordis in-
te- tione, quâ solent, mortem adſclicant: *Nolite
zelare mortem in errore via vestra, neque acqui-
ratis perditionem, in operibus manuum vestrarum.*
quid. Cur tanta vobis cura mortem acquiratis, ac
studetis: *In operibus manuum vestrarum, velut si
summo id vobis foret emolumento: zelus, (di-
cit D. Thom. a. ex D. Dionys. b. Areop. & consen-
tit D. Augustin. c.) est effectus feruentis amoris,
quo zera alicuius ardētis afficeris, quod tibi scilicet
desideras, absque eo quod hoc alius contingat,
proinde, quo quis sponſam diligit ardētis,
eo magis illam zelat, inceditque zelus ve-
hementior. Cur 6 mortales, ita mortem opta-
tis, ut eam velut sponſam charissimam zeleus?
Nolite zelare mortem. Ad quid frater charissi-
me, tuæ studes, ut lucrò, perditioni? hoc
enim significat verbum illud: *Acquirere.* Quia
verò conſpicimus, quod quisque hoc Spiritus S.
dictum admiratus, illi respondeat: *Egone mihi
mortem zelo? ego illam quero? ego illam ac-
quiro?* Nihil magis abhorreo ipsam mortem, ma-
gis fugio nihil: eius sibi sumit clarissimum argu-
mentum sic, ut illud manu conrectes. Ad hoc
in ipit mortis de laxare primam originem. Respon-
de mihi, quis mortem fecit? ex quo procedit
Primum, indubium est quod Deus illam non
fecerit: *Quoniam Deus mortem non fecit.**

*Gen. 1. 1.
1. Reg. 1.
6. 10. 11.
Ecc. 1.
21.
Tren. 4.
10.
Deum.
1.
1. Cor. 1.
16.
a. 1. 1. 4.
23. 4. 4.
b. 1. 4. 4.
d. 1. 1. 1. 1.
c. 1. 1. 1. 1.
99. 1. 1. 1.
Gen. 1.
11.
Omn.
Dei.
bon.
Sap. 1.
1. 1. 1.*

ne latatur in perditione visitorum; creavit enim ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis.

¶ O verba admiranda! Deus mortem non fecit, nec sibi in illa complacet, ut qui vivunt moriantur. Hoc autem eminentissimis probat rationibus: quarum prima sit: quia *Creavit omnia ut essent*. Non illa creavit Deus velut ridiculus artifex, qui illa facit, ut iterum destruat, aut velut praestigiatos seu mimi, qui manuum industria varios iocos ludosque exhibent, cum verò ex intentione non cedunt, eos ilico dissipant, aethosque excitant: *Creavit Deus ut essent omnia*. In Græco lego: *Creavit omnia ad esse*. Quis operarius adeo vitio mentis captus, qui plantet arbores ut easdem eradicet? Quis sculptor format imaginem, aut statuam, ut eandem in partes diffundat? Quis pictor dextro pingit imaginem penicillo, ut igni tradat comburendam? Quis fabricator palatium ædificat, illud denovo demolitur? Omnia creavit Deus, idque tam feliciter, ut inde sibi fieret, tanquam de manuum suarum operibus, congratulatus: *Latabitur Dominus in operibus suis*. Hoc meo iudicio spectabat David, dum Dei erga se misericordiam, beneficiaque admiratus omnes excitat nationes, ut pro ijs secum Deo gratias concinant immortales: *Benedicite gentes Deum nostrum &c.* *Qui posuit animam meam ad vitam*. Non mihi Deus animam infudit immortalē, ut mihi vitam auferat, sed ut perpetuam vitam ac immortalis: hoc enim verum semper in ore suo habet Deus, quod alteri dixit, quam sanguine suo demerlam misericordiam motus super illam, erexit atque: *Et dixit tibi, vive*.

¶ Secunda ratio sit: quia *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum*. Ad litteram loquitur de creaturis, quas vocat: *Nationes*, quas in Gen. dicit: *Generaciones caeli & terra*. Omnes has creavit in obsequium salutemque hominis, nihil creavit, quod non ad eum finem collinaret. Legit *Vatibus: Imisa mundi saluifera sunt*. Quidquid Deus fecit in hominis creatione, totum vergebat in hominis salutem; tertiam ut hominem sustentaret, caelum ut illi suas mitteret influentias, aquas ut illum refrigerarent aëtem quo respiraret, solem qui de die eum illustraret, lunam quæ noctibus, animalia, quæ illi deseruirent, & ut Domino suo obedirent, ad verbi vnius imperium, arbores, quæ cibum ministrarent, aethisque cantibus suis eum recrearent. Si

filio suo Rex exstrueret palatium, in quo millia collocaret, ad eius recreationem, alimentum, obsequium, cunctaque illi deseruirent; num hic forte filij intenderet mortem, aut ut hominum aliquid illi vitam auferret: Obijcies. Domine, cerne quod Deus multa creavit perniciofa, letalia, venenosa, quæ mihi necem inferant, serpentes, aspidēs, cicutam, & alia animalia, herbas, succos mortiferos. Respondet Spiritus S. *Non est in illis medicamentum exterminij*. Hoc verbum: *Medicamentum*, in Græco legitur: *Consuetio*. Non creavit Deus confectiones mortiferas, quibus hominem occidat: licet enim multa sint venenosa, non tamen ut talia creavit illa Deus, sed non nisi secundum id quod sunt homini salutaria, vel alij rebus, quibus sunt vtilia: quia ut ait D. Hieron. *Quod est homini venenum, est vna, & cibus serpenti, aut alteri animali*. Experientia constat quod possit ignis filium tuum comburere, & aqua praefocare, nihilominus in domibus tuis ignem struis aquam hauris, non ut illum comburas, aut praefoces, sed in eius obsequium salutemque conferendam. Hoc plane modo creavit Deus hæc omnia in hoc mundo.

¶ Tertiam addo rationem: *Non est inferorum regnum in terra*. Infernus locus est tormentorum, poenarum, mortisque habitaculum. Non creavit infernum in terra, quem non hominibus, sed Luciferi eiusque comitibus Angelis in supplicium præparavit: *Qui paratus est diabolo & Angelis eius*. Hunc non creavit in terra, quam condidit, ut in ea viverent homines, sed illum in terra centro collocavit, & quam potuit longissimo intervallo ab homine separavit. Ne verò diceret, Deum mortis esse cooperatorem, eò quod hominem naturæ creaverit mortalis, & quem aggredi mors posset, ultimam reddidit rationem ac principalem: licet vetum sit, spectando materiam ex qua factus est homo quod mortalis sit, quia de terræ pulvere confatus legitur: *Atmen tale dedit illi Deus*, confortativum quo illum reddidit immortalē, quo portas morti præclusit, ingressumque prohibuit, denum nimirum iustitiæ originalis: *Quia iustitia perpetua est, & immortalis*. Habes potestatem, quæ modico sale corpus animalis in longum tempus præseruet à corruptione liberum, & novcrant Aegyptij medici, quos pudicissimus ille Ioseph in patris funere convocaverat, ex aromatibus vnguentum imponere, quo illita mortuorum corpora ab omni permaneret immunia corruptione, & ad hoc valet hæc nostra tempestate modicum balsami, quæ non igitur vitute valeret

D. Hieron. In illud Thren. 4. Quis est iste quid dicit &c. Tom. 4.

Matth. 6. 25. 41.

Sap. 1. 15.

illa divina confectio, quam Deus preparat ut homini, ut illum redderet incorruptibilem? Nemo dubitat illum creavit immortalem. Et hoc ipsum sapius ex proposito conatur probare D. August. contra Pelagium hareticum, qui huius doni negans virtutem, semper fuisse hominem mortalem mendax asserbat.

33

L. de ieiun. & temporibus Sap. 2. 23.

Quis igitur mortem introduxit, quis illi portas ad nostrum aperuit interitum? Duo conspirarunt in vinum auctores, diabolus & homo. Primus diabolus qui illam introduxit, opus tali artifice dignum, & hoc est, ait D. Cypria. quod ipse potest dare, non regna, non gloriam, ut Christus ait, sed mortem & perditionem: Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis sue fecit illum. Invidiâ autem diaboli mors introiit in hunc mundum. At quomodo illam introduxit? Introducendo peccatum, & per illud portam illi referando. Creavit Deus hominem, tam à peccato distantem ac alenum, ut illud ad illum nullum haberet accessum, nec hominem posset profesternere; hoc est: *Inexterminabilem*. Nihil hominem poterat vitæ suæ limine, terminisque exturbare. Confessum adest diabolus, & peruersâ suâ provocatus invidiâ cuius fornax erant ipsa eius viscera, profesternere miserum conatur hominem, illum circumit ut castrum rupibus circumseptum, ex omni parte miserum circumspicit, inuestigans quâ illum parte possit mortis spiculo impetere, ac inuenit illum ita cunctis quatuor propugnaculis præmunitum, ut impossibile esse videat illum superare. Porro hæc quatuor castra huius propugnacula, sunt quatuor causæ, ex quibus docent philosophi, hominem componi, imò quâlibet creaturam; nimirum causâ efficiens, formalis, materialis, finalis. Ex causâ efficiente non potest homini adherere esse mortalem, quia causâ efficiens hominis Deus est, tam à morte prius alienus, ut hanc gessit superscriptionem: *Regi saculorum immortalis*. Sigillum verò: *Viuo ego: adeo viuens, ut in præsentia mortui viuam;* & hoc ei decantamus: *Regi, cui omnia viuunt*. Ex causâ formali non potest ortiri mors, quæ est animâ rationalis, tam incorruptibilis, quam ipsi Angeli cælestes spiritus. Finalis verò, tam à morte libera est, ut vocetur: *Vita æterna*, & ad hanc creatus fuit homo, ac regio propria, terraque ubi perpetuum est gaudium, dicitur: *Terra viuentium*. Tantum intrare mors poterat per causam materiale: quia causâ materialis, ex qua componitur hoc castrum, puluis est, caro, & sanguis. Quod de terra est dissolui potest, &

III. Similitudo.

1. Thimoth. 3. 17.

bi caro & sanguis est potest esse corruptio, factior, si suæ relinquatur nature; verum enim vero, huic occurreret Deus infinitati, deo enim iustitie originalis cum præmunitur, quæ carnem perpetuâ redderet ac immortalem: *Infortia enim est perpetua, & immortalis*. Hac tanta potentia vique supernaturali conclusit hoc hominis fortalium ut nullum superesset ostium, nulla pateret fenestra, pter quam mors in hominem subintraret. Quid molitur diabolus? Notuit esse quoddam seruen, quod vtricumque ceciderit mortem producit, scilicet per carum. Conatur illud in homine seminare: si que contigit, ut quam primum semen ceciderit in terram, illicum illo mors introiuit: *Intrauit peccatum, & per peccatum mors*.

Hic optime quadrat parabola illa Christi de patre illo familias, qui bonum semen seminavit in agro suo, & illo incurio ac somno dedito famulisque dormientibus, superuenit inimicus eius, ac zizania seminavit: Confessum apparuerunt zizania, dominum serui interrogant: *Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?* & ait illis, *inimicus homo hoc fecit*. Contemplate, quæso, quid magnus ille pater familias in agro seminaverit humane nature: & videbis non nisi ab illo triticum electum seminatum, animam immortalem: *Inspiravit in faciem eius spiraculum vite*. Virtutes: *Vestit illum virtute*. Gratiam ac rectitudinem: *Fecit hominem rectum*. Quid igitur causâ est, quod agrum tot zizanijs sordidum lugeamus, infirmis, doloribus, febribus, podagris, morte? *Inimicus homo hoc fecit*. Et quomodo? seminando peccatum, quod est semen vnde cuncta mala evascentur. Optima est peccati definitio, mortis semen. Moyses ita definiit: *Radix gervinans fel & amaritudinem*. Attendit vates Michæas clades, labores, angustias populi Dei & ait: *In seculo Jacob omne istud & in peccatis domus Israel*. Sicut in nuce tota comprehenditur præter illius arboris magnitudo, & in illo nucleo ramorum, foliorumque protensio, qui ex illo germinant & exurgunt ita quoque in peccato, omne continetur malum, concluditur infelicitas mortisque comprehenditur. Eri tibi prima peccati origo, scilicet et diabolus.



§. 16. Peccare est sibi mortem acquirere; proprium hoc peccati stipendium, ob quod infeliciter mortui sunt Iudæi.

14. **N**on solus diabolus auctor mortis, sed & homo: quia licet verum fateamur, peccatum semen esse sufficiens mortem producendi, non potest tamen diabolus totis suis viribus illud seminare, si homo suo illi non succurrat consensu. Quocirca: *Impi manibus, & verbis accerserunt illam, & estimantes illam amicam, defecerunt, & sponsores posuerunt ad illam.* Sapientissima verba, quæ trinitat D. Aug. Deus mortem non fecit, nec illam in mundum introduxit, peccata sunt, quæ verbis, operibus, lingua & manibus illam accerserunt, ac introduxerunt, quam nedom ad domum suam aduertunt, sed illam quasi brachijs arripientes, & vi ceclam introduxerunt; eo modo quo tu amicũ tuum verbis, sed recusantem, brachijs in domum tuam introducis; sic & illi mortem introduxerunt, quasi sibi maximè amicam, intimamque charissimam amam, & bona sibi cuncta promittentes se eius brachijs iniecerunt. Hoc est: *Defecerunt.* Non video, meo iudicio verba ac formulas loquendi alias, quæ expressius declarent, quàm distanter ab homine Deus mortem creavit, & quam ab ea illum immunem considerit. Contigit homini (inquit D. Augustinus) & spectare videtur Sapiens, id quod tempore Samuelis Israëlitis. Elegit Deus hunc populum sibi in pectus, in quo regnaret, à quo cognosceretur, toleretur, adoraretur, & ad hoc ipse regis nomine voluit honorari, suos substituens proteges, homines sibi familiares, qui eius inuigilantes honori, defensionis provisioni, & conseruationi, illum gubernarent, secundum leges sibi à Deo præscriptas.

Ita illos rexit per Moysen, per Iosue, illosque viros sapientia virtuteque præclarissimos. Regis nomine non gaudebant, sed iudicis, vique ad tempora prophetæ Samuelis: tunc enim Deum naufragi abiurantes vt regem, voluerunt sibi à Samuele hominem visibilem in regem coronari, sibi persuadentes, quod res eorum faustorem haberent exitum sub ipso, quam sub Deo, & hoc tanto conatu, vt quasi in seditionem commoueretur, & cum ita sit, quod Deus illis expresse per Samuelem protestaretur id quod periebant futurum illis in ruinam regni que perditionem, in eo nihilominus persistenter adeo contumaces, vt

nostro modo loquendi, inuito Deo, sibi in regem obrinuerunt Saul, cuius se potestatis viribus subdidit, insulterunt vt super eos regnaret, sibi in maximum detrimentum. Quid cogitas (quærit D. Aug.) quid significet Saul: mors quia Saul id est quod appetitio. Hoc fuit, quod homo appetiit & propriam mortem desiderauit. En primos nostros parentes, quales illos Deus creauit immortales, tam immunes ab omni mortis imperio, vt qui curæ, regimini, & præsidio substatant ipsius vitæ, nempe Dei, qui illos creauerat, non vt occideret, sed vt perpetua bearet æternitate. Iudicant sibi hoc nõ sufficere, nec vltra se maribus ipsius voluere conseruari sed crederunt, & sibi persuaserunt quod ipsi esset amicus benivolus, & vt tale cõcepterunt illud pomum mortis cibum arbitrati sunt, id illis diabolo suggerente nihil eis magis conducere, quàm illum pomi morsum sibi blandientes, quod per altum & cum illo forent sicui Dicitur. Hoc est, *Estimantes illam amicam defecerunt, & sponsores posuerunt ad illam.* Se eius sinu iniecerunt, & toto impetu, in illud ruerunt, vt aqua, quæ per canalem defluit rapido cursu in puteum. Hoc est *defecerunt.* Ipsi se illi iniecerunt, ipsi eius ades subintrarunt à quibus illos Deus longè distans considerat. Sicut populus estimans Regem amicum, petiuit, & appetiuit regem inimicum. Nota verba hæc: *Verbis ac manibus accerserunt illam.*

Pulcherrimus loquendi modus, quo declaratur, quàm longè à morte distantem hominem Deus statuerat. Quando vis aliquem te proprius accedere; voce illi acclamas; si longius distet, vt eo vox tua peruadere non possit, elata manu signum das illi, vt accedat. Tanto intervallo mors ab homine distidebat, vt non voce sua solum, sed efferendo manum contra Deum, vetitum decerpens fructum, illam vocauerit, & ipsa propius accessit; cui portas aperuit, admittens peccatum. Hoc vt fidei ponit articulum D. August. *Constat inter Christianos, Catholicam tenentes fidem, etiam ipsam corporis mortem, non lege natura, quæ nullam mortem Deus homini fecit, sed merito insulam esse peccati, quoniam peccatum vindicans Deus, dixit homini, in quo tunc omnes eramus: Terra es, & in terram ibis.* Non est Deus, qui velit hominẽ occidere, peccata tua ipsum irritant, & inuitant. Quia verò videt Spiritus S. quod illa tota diligentia committis, totumque sit hoc tuum studium, illi manus adhibere, dicit, quod ambabus manibus mortem accersis, quocirca bene loquitur: *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestra, neque acquiratis perditionem.*

Lib. 13. de Ciuit. 16

nem in operibus manuum vestrarum Quid cogitas ventris idololatra agere, dum tantis laboribus tuas procuras delicias ac voluptates? mortem quæris: Tu verò opum avidissime, tactis tamque illicitis medijs tuis inhians lucris? mortem acquisis. Quid tibi persuades, qui effrenis vt equus præceps curris ad aedes alterius vt impudicus scortator? quid lucraris? mortem. Siste paulisper gradum, ne vitæ tuæ tam scetus sis inimicus, qui tanto coratu, labore ac delectatione mortem acquisis. In aliquibus antiquis Codicibus post hæc verba: *Nolite zelare mortem in errore vite vestrae, additur: In iustitia est enim mortis acquisitio*: hæc quantum noui, congrua est peccati definitio. Quid est peccatum? *Est mortis ac iustitiae*. Quid ais esse tantorum annorum, quibus tanta voluptate vt capti us detineris concubinarum? *Mors est acquisitio*. Quid vitæ iustitiae quæ te speras breui discedendum? *Mors est acquisitio*. Quid vindicta, quæ te plurimum præsumis honorandum? *Mors est acquisitio*. Hoc satis est conforme illi, quod Spiritus S. alio loco dixit: *Homo per malitiam suam occidit animam suam*. Et id quod Raphael Angelus Tobiae: *Qui faciunt peccatum & iniquitatem hostes sunt animæ suæ*.

Sap. 10.
14.
Tob. 12. 10

35

Ps. 5. 1.
I.
Sibi ipsi nocet homo peccando

Quinimo hæc est illa propositio quam mysterioris verbis asseruit Rex David. Quem D. Ambrosius singulari ingenio est interpretatus, qui mirabilem supponit Davidis methodum, modumque agendi, declarans beatitudinem, faustamque sortem viri iusti: primo descripsit peccatoris infelicitatem, vt ex vno contrario aliud exponat. Methodus inquit D. Ambrosius ob quam licet sapientia philosophorum voluerit celebrare Platonem, vt pete eius auctorem & magistrum de quo dicebant: *Ipse qui tenet in omnes secularis sapientia principatum*, à Davide tamen prius inuenta, quippe qua ante multas annorum centurias viuis fuerat, vt omnibus constet, quæd nostrate viri sapientes discipuli non fuerint eorum, quibus mundus sapientia secularis tribuit principatum sed è contratio. Volens igitur David exponere peccatoris infelicem statum, fundamentalem proponit propositionem, quod ipse sit, qui peccatis suis sibi maiora adfert damna, quam omnes pestent inimici omnes creature visibiles & invisibiles: *Dixit iniustus, vt delinquat sibi*. Ita legit D. Ambrosius. Vbi nostra vulgata lectio habet: *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso*. Proposuit siniter peccator, hoc est: *dixit iniustus*, & dicitur cum isto termino, vt præclaro mysterio declaratur facilitas, quæ se peccator præcipiat ad committendum peccatum, quæ ea est quæ tu v-

num profers verbum, dixit: ac summa eus est stulti ia vt non attendat ea quæ facit nec consideret. sed in actu oculi se præcipiat voluptatem suam sequens inconsideratus. Attamen hæc eius est calamitas, quod id, quod tamquam sibi bonum arripit in eius cedat detrimentum: hoc significat, inquit D. Ambrosius. *Iniustus delinquit sibi*. O sententia omni veto veriorum, humanâ sapientiâ sublimiorem, & diuinum planationem!

Graues sententias, præclara documenta ac propositiones docuerunt Philosophi, quas mundus vt cælestes veneratur, ynde & illas locis publicis insculpsit. Attamen nullam inuenies hæc præclariorem, nec mirum cum causa sit in intellectu diuino, quam vati suo inspirare dignatus est. *Iniustus sibi delinquit*. *Nihil hæc sententia sublimius dictum arbitror. In illis qui sapientiam seculi vendicauerunt, nil tale legi, nil tale cognoui, nec mirum quandoquidem illi humano ingenio locuti sunt, hoc insudis spiritus Dei, spiritus veritatis*. Hæc collige, quanti faciendâ sit vna sacrati auctoris sententia, plura scilicet, quam omnes omnium philosophorum. Nota igitur hæc sententiam: *Iniustus sibi delinquit*. Viden alium, qui sibi que persuadet, quod illam obtinendo, summas pariter delicias consequetur: Scito, nihil aliud cum affecturum, quam penam ac nocentium. Viden opum sitientissimum, toto halitu currentem ac incessanter lucris inuisis indudentem, qui multa sibi bona studeat cumulare? hoc assero, quod sibi nihil nisi malum comparat. *Iniustus sibi delinquit, sibi generat vulnera, seipsum confodit*. O si consideraretis, quæ damna sibi generat, qui diuitijs laetatur congregans? Primum, damnum acquiritur infinitum: perditur enim si iacturæ damnum attenditur ex rei perditæ valore, collige, quæ futurum sit damnum, Deum perdere, eiusque diuitias non petittas, de quibus paulo ante.

Secundo, mors animæ consequitur tantò damnosior, quanto corpus nobilitate præcellit auriæ, & non solum mors animæ temporalis sed & æterna, quod si mors corporalis, quæ momentanea est, supremum omnium malum esse censetur, quid non d. morte æterna, ac feruitali sentiendum?

Tertio: sempiterni cruciatus continentur, ignes immixtam extinguendi, per æ omni visu, auditu ac intellectu superiores, ita vt sicut ante diximus, nos deducens Propheta Michas per infer-



Tra. de
 quia
 filia
 ad
 fratres
 de mō
 te Dri.

in loca quia ve ait D. Bernard. consilium foret
 ut sepe sapius cogitatione via viam hanc per
 ambulantes vident que nos attonitos, ex immensis
 calamitatibus, doloribus tormētis, quæ damnati
 patiuntur potius damni, Dei visione puritati bea-
 tifica, eius gloria, & regnit in omnia sãt. ula, ac
 pota sensus, cum nullus sit, qui cruciatibus non
 torquati e per orrendis; nobis dicat: Illi ipsi
 sunt, qui hibi hæc summa mala peccatis suis
 procurant, catifantur, acq̄suerunt insipientes:
 In scelere Jacob omne istud, & in peccatis domus
 israel. Illi ipsi sunt, qui proprijs manibus, las
 penas, dolor, s̄que p̄pererunt, hi quippe ex co-
 rum sceleribus enascuntur; quæ illi ipsi propria
 sua peruersa voluntate commiserunt. *Amisus si-*
bi dicitur. Hoc inde ubi sume documen-
 tum, (ait D. Ambro.) peccatum omne serpente
 venenoso multo esse venenosius; si etenim hic
 venenum habet & occidit, aut infert illi damnum,
 at ne naquam seipsum interimit, aut suum spe-
 dat damnum, sed alienum. Peccator autem
 peccati veneno sibi propriam adferre mortem,
 sibi ipsi nocet, sibi procurat perditionem: *Serpens*
alij infundit venenum, iniustus sibi in eum reser-
ditur quod effuderit.
 Optima ratione tales vocat p̄rato p̄nitentia
 D. Ioannes, *gemina vipera um*, quos enim
 visceribus suis concipiunt filios, sibi generant in-
 teritum. Hæc quoque (inquit D. Amb.) inter alias
 est differentia, quam scilicet Spiritus S. ponit in-
 ter iustum & impium, quod iusti bona opera,
 nedum illi profunt, sed ceteris omnibus. Pecca-
 tor autem suis sceleribus soli sibi nocet; intelli-
 go, de eo quod est proprium. *Iustus vita fructuo-*
sa alij, sibi dulcis: dicit enim Salomon filij sapiens
erit, tibi sapiens eris, & proximo, & ita legit D.
Ambro. Si autem illator solus portabis malum. Viti
iusti bonis sanctisque suis operibus, nedum sibi
profunt, sed ceteris: hoc quippe declarat articu-
lus ille fides nostra: Sanctiorum cõmunionem. Peccator
si propriè loquamur & de eo quod agit, ef-
ficaciter seipsum & solum perdit, animam suam
solum ad pauperiem reducit, seipsum solum pec-
nis addicit sempiternis: Si furis illisor, solus por-
tabis malum. Nullum intulit damnum Herodes
pueris innocētib; suã savitiã intudit, sed nõ
nisi sibi ipsi, nec Pãciãnis D. Vincentio, nec D.
Catharina Maxentiũ. Et his consequenter ex-
positis & rotat D. Ambro. Davidis sententiam. Pec-
catus meus contra me est semper. Et manifestat
exemplo Caini ipsum enim solum iruit fratri-
tricih; damnum, cum etiam postmodum cū vi-
deretur Deus supplicij sui tollere manum, ipsum

peccatum, quocum sum, timoribus, cruciatibus
 bulq; torquet amarissimis, præcipua conscientia
 condemnatum. *Quem cum adhuc à Domino p̄na*
cessaret, torquebat eum scorum conscientia pecca-
torum. Latebat miser tremens, & timens, & cum
adhuc percussor deesset, ipse se iniusti viti crucia-
bat. Et tandem emueat illa Spiritus S. verba. Si-
cut acetum dentibus, & fumus oculis ita iniquitas
omnibus ventibus est. Concludit igitur, repetens
Regis vatis conclusionem. Itaque qui peccat, de-
linguit sibi, quoniam sibi, que pretiosa sunt, de-
clarat hæc omnia divina Sapiencia, suppo-
nens, quod sit in Deo vita, & sine eo nũlla sit.
Qui me inuenit, inueniet vitam & habuerit salu-
tem à Domino. Hinc inferit. Qui autem in me pec-
caverit, cadet animam suam. Omnes qui me oderit,
diligunt mortem. En quid sit peccare, Deum ani-
mã tuã expellere, animam tuam occidere. Cadet
animam suam. Legit Pagninus: Spoliat animam
sua. Chaldaicus textus. Dissipat animam suam.
Septuaginta. Impie agit in suam ipsius animam.
 Quæque lectio maxima digna est p̄dicatione.
 Quis non admiraretur D. Paul. sententiam *Stiph-*
ania peccati mors: gratia autē Dei, vita æterna. Cõ-
fiderat Apostolus peccatum, & opus sanctum ac
meritorium, velut operarios diurnos, qui quã
primũ opus pensumque perfecere mercedẽ exi-
punt sibi debitam. Et quæ iusta merces dabitur
operi factõ in gratia Dei, vita æterna. Noviter i-
gitur quod quã primũ peccatum admisi, pet-
it ipsum sibi à Deo debitũ stipendium. Hoc nos
sacra docet pagina, peccata coram Deo cõfiterari:
Et quod quãlo, debetur illis diarium? Mors.
 Rogant, vident, ut stipendium reddat diurni
 Deus, cui compete cuncta opera remunerari,
 mortem intelligendo. Quãnum capio si edat A-
 postolus illud quod *Donatus* ait at *Cairo: Nõ-*
ne si bene egeris, recipiõ sin autem male. Datum in
foribus peccatum aderit. Expendit D. Hieron. por-
In c. 5. A-
tas olim fuisse loca tribunalium, ubi sedebant iu-
dicēs ius vnicuique dicenti. Hinc lucẽ accipiunt lud. odio
multa loca S. Scripturæ velut hæc: Nobis in por-
habuerit
ris vir eius; Id est in tribunalibus. Non confundetur
eum loquetur inimicis suis in porta, ad est in lo-
co iudicij; Ducunt eum ad Deos, qui sedent in por-
tis; q. d. Cairo: quã primũ peccaveris p̄cipiũ
tuum peccatum in tribunalib; meo apparebit. Ps. 116. 6.
mercedem & p̄fecus eam sibi de iustitia debet.
Quid est quod illi debetur ex mercedẽ? Mors. D. m. 17-8
Stipendium peccati mors. Sicut opera bona de iure
sibi dari possunt vitam, & vitam æternam.
 His congruit visio Prophetæ Ezechielis quem
 Deus ad loca duxit tormentorũ, mox regnum.

Prou. 10.
 Prou. 8. 33
 Rom 6. 23
 Gen. 4. 7.
 In c. 5. A-
 Prou. 31.
 Ps. 116. 6.
 D. m. 17-8



illique ostendit huius civitatis incolas, suis locis ac adibus unumquemque commemorantem. Quae sunt haec domus? quae civitatis huius aedes, ubi mors regnat, nisi sepulchra? Ostendit illi magnas plateas sepulchrorum, diversis specie peccatoribus destinatas: viditque quod eos mors possideret: & quasi Dominum Propheta interrogaret: Domine: quis illos omnes ad tam insulam duxit civitatem, locumque cruciatum: ut eos mors possideat subingatos? Respondet: *Descenderunt in infernum cum armis suis: Id est, cum peccatis suis: haec enim arma sunt, quibus mortem tibi lucrans, sicut bona opera, quibus vitam aeternam emereris: iam enim dixit Apostolus quod impiorum arma peccata sunt, quibus contra Deum militant, & stentia referunt mortis sempiternae. Hec supposito, voluit Christus perfidis illis Iudaeis declarare, quid agerent horrendo illo crimine quo illi recem intendeabant, Nostri quid agatis? Ego vado, tradendo me morti, stentis mihi viam & portitum, qua vado ad Patrem, attamen quod vobis ipsis per hoc lucrabimini, erit mors vestra, perditio, aeternaque damnatio: In peccato vestro moriemini. Familiare Deo erat, populum hunc scinditragu ob sua punire scelera, venum illis semper hoc inculcabat, ea quae patiebantur, suorum poenam esse delictorum & quod ob illa plebs plecteretur bellis, fame, seruitute, terra sterilitate.*

Ezech. 32. 27.

Rom. 6. 13

Isaia 42. 24.

Baruch. 6. 1.

Hier. 5. 6.

Hier. 22. 8.

*gente multa per civitatem hanc & dicit unusquisque proximo suo. Quare fecit Dominus sic civitati huic grande? Et respondebunt: eo quod dereliquerit pactum Domini Dei sui, &c. Et impletam videamus sententiam, quam perdit illi homines contra seiplos promulgavit: quando Christo in illa parabola, quam die Veneris explicabimus, responderunt: *Malos male perdet, de quibus tunc Deo favente fusius disceremus.**

§. 17. Mala mors ea tantum dicenda est, quando quis in peccato moritur, ut probant D. August. D. Chrysost. & D. Ambros.

Secundus horum verborum sensus est: quod *huc propositio (in) signet conegmitam, q. d. Christus moriemini, perseverando in peccatis vestris: mors vos existentes in peccatis apprehendet. Id quod de peccatore dixit Iob: *Ad inferos peccatum illius, hoc est, inquit D. August. quod ipsis vult praedicere, haec sunt minae, quibus petimos terret: *Præsumptus illis Dominus, dixit, sententia praefixus, quod in peccato suo morerentur. Hoc erat omnium primum terrorem: haec quippe summa erat maxime calamitas, quae perfidis illis poterat obvenire. Totam infelicitas Iudaeorum ipsa erat, non habere peccatum, sed in peccato mori. Infelicitas est, habere peccatum, & in illud labi, sed non suprema, qualis est aliquae a morte in peccatis apprehendi. Haec fuerunt quoque minae ceteris terribiliores, quibus olim percussit Dominus refragam illam civitatem Hierusalem, per vatem Hieremiam, quod in peccatis suis polluta moreretur. *Polluta sunt plateae tuae, &c. Hier. 17. Si mutare potest ahiops pellem suam, aut pardus variatates sunt, & vos poteritis benefacere, cum dixeritis malum. Et concludit: *Va tibi Hierusalem non mundaberis post me. Illud adverbium *Va*, dicit D. Chryl. indicat horrendissimas minas & summam praenuntiat infelicitatem, & haec est, quando quis in peccato moritur, nec de eo penitet, nec emundatur. En prima calamitas, quae quemquam potest obtinere, mori in peccato mortali.*****

Ex professo disputant SS. Patres: quae mors hominibus dicenda sit mala, declinanda, dolenda: & quae bona, quaerenda, laudanda: de hac tractat D. August. Chryl. b. Ioh. Baptistae autem D. b. Ambrosii pariter D. August. ridet, no minus que cuncti mundi stultum de hoc iudicium, qui e. a. & hanc asserit bonam, quaerendamque mortem, quae e. a. & quis hinc abripitur medius inter amicos, in domo propria in lecto prostratus, circumfusus sanguine, mulis, mthere, filiis, quos omnes deserit, divites, de variis saepe, honoratos, hanc vero credunt malam, non Dignam optau-

epandam, imò detestandam, quæ sinistro aliquo
 casu contingente male moritur, qui per iudicis sè-
 tentiam prohibito sùpente pendulus, aut male cal-
 cibus ei erit, aut incendio domus absumptus, aut
 aer arum gurgite prælocatus, aut vi tempestatis
 ad ima maris demersus, aut à feris membratim
 dissectus interijt. Falleris, inquit hi SS. Patres:
 non est hæc, non est mors mala, detestanda, vt
 omnibus numeris infelix reijcienda, sed illa, quæ
 peccatum reddit detestandam & infelicem: nec
 bona, nec optanda est, quæ est in peccato, intelli-
 go mortali: à venialibus enim vix sero tandem
 iusti liberantur. Non est mors illa miserè illam D.
 Laurentij malam dicimus, nec S. Apolloniae de-
 testandam: sed nec illa quæ viator feræ dentibus
 laceratur, nec eum illa D. Iegnatij, à quoquam re-
 probatur, nec illa quæ quis serpentis veneno in-
 fectus perijt: nec enim quis talem esse credit D.
 Euphemij: sed nec illa quæ quis crucifixi: expi-
 rat: nec enim quis talem docuit D. Petri crucis
 mortem, nec D. Andree supplicium, sed nec illa,
 quæ cuius caput detruatur: eù & D. Ioan. ba-
 ptista, & D. Paul. capite vinctus extollamus. Eo
 plane modo licet omnia cruciatuù genera per-
 uagari, quibus Christi martyres occubuerunt:
 quorum mors non mala, sed bona, non infelix,
 sed in conspectu Domini chara predicatur.

brantur: hi sicut pretiosam Sanctorum mortem vo-
 cauit, ita dicitur: Mors peccatorum pessima. Et
 si domi inque sua moriantur, & muliere &
 filij presentibus, & familiaribus, & notis ad-
 stantibus, virtute autem careant, mala erit mors
 est. Quid non seculans vilem esse mortem La-
 zari iudicaret, qui ad limina diuitis prostratus e-
 pulonis, cui à planta pedis vsque ad verticem mília
 erat sanitas, canibus circūsepans, qui languentis
 vlcera lambere, exhalat animam inter canum
 linguas, vt ait D. Aug. Cumq; qui ei micæ panis
 si perstus porrigeret, nullus esset, imò qui nec
 iacentē præteriens aspiciere dignaretur. Et e-
 tra non felicem assereret atque petendâ mor-
 tem epulonis, qui inter byssem & purpuram, in-
 ter aromata, & fragrantia vnguenta, circumli-
 tatus amicis, delictis assuens, inecicis, medicinis,
 iomentis, odoribus confortaturis ac reparatis
 ad luxum abundabat? Attende tamen quàm op-
 positam teneat Spiritus S. sententiam qui ait:
 quàm Deo fuerit Lazari mors pretiosa, cum ei
 miserit Angelos, in hoc tam periculoso dubioq;
 consiliu adiutores, ac consolatores, cuius animæ
 ecclestes musici debita solverent extera. Factum
 est: vt moretur mendicis, & portaretur ab Angelis
 in sinum Abrahe. Et quàm mala fuerit, excera-
 ra imò pessima diuitis mors epulonis: quia in
 peccato mortuus est, demonibus circumdatus,
 cui mori, & animam exhalare, eamque sempiternis
 ignibus deuoveri, vnum idemque fuisse con-
 fitemur. Mortuus est diues & sepultus est in infer-
 no. Hanc questionem optime definiuit rex vates,
 teste D. Chrysol. A quo si percuteris, qualis sit
 mors bona, vnico tibi verbo respondet: Pretiosa in
 conspectu Domini mors Sanctorum eius: siue in
 ignibus siue in aqua, siue inter ferarum vngues,
 siue in cruce: si roges quæ mala respondet. Mors
 peccatorum pessima. In superlatiuo gradu, quæ nul-
 la peior, licet inter aromata, serja, delicias, &c.
 Mors peccatorum pessima: ait D. Chrysol. Hoc dico D. Chry-
 sol. malum, cum mala recedere conscientia, & multis Ho. s. ad
 peccatorum curis onustum, & grauatum. Qui enim pop. To. 3.
 puram habet conscientiam, & currit ad premia, ac-
 cedit ad coronam.

18 Audiamus D. Chryl. hæc omnia subter com-
 D. Chryl. prehendentem. Nullus inforum dicat eum, qui in
 ho. 56. in alieno solo vitam finit, neque qui in solitudine, ex
 Gen. 1. hac vita decedit, neque enim ille dignus est, qui mi-
 ser dicatur, sed qui in peccatis mortuus est, etiam si
 super lectu etiam si presentibus omnibus amicis spi-
 rituum exhalaret. Et ne mihi frigida illa verba, ridi-
 culaq; & insipientia plena dicat quis, quod ille cano-
 vilis mortuus est, nullo famulatu presente, neq; se-
 pulchra, & sanus ei contigerunt: non est hoc cano-
 ignominiosius mortuum esse, sed si caret virtutis a-
 miltu se regente. Nam quod hoc non offendat istum
 virtute pradium, discite, quia plerique inforum, Pro-
 phetas dico, & Apostolos, vbi suis sint paucis excep-
 tis ignoramus: & alij quidem capite truncati sunt, alij
 lapidati, alij alijs paucis expoliti, & ludibij vitam
 pro pietate finierunt, & nullus ausus est dicere, quod
 ignominiosa fuerit eorum mors, si d cum sacra Scri-
 ptura dicit, Pretiosa est in conspectu Domini: si in
 terra aliena, & si super paupimentum, imò & inter
 latrones, & etiam si à bestijs deuorentur, pretiosa
 mors, vbi virtus adest. Ioannes nomine decollatus est
 Stephanus lapidatus vita finit. Paulus capite trun-
 catus, Petrus cæcario modo, quàm Dominus cruci-
 fixus, nonne eorum mortes per totum mundum, cele-

§. 18. Ea mors sola bona est, quæ est in gra-
 tia, quæ autem est in peccato, qualiscumque
 sit, mala est.

Hinc intelligo quod vno iusto promittit
 Spiritus S. per os vatis Italia, iuxta expo-
 sitionem nostri Forerij & translationem
 Vatabl. Agit Propheta prius ac declarat, quàm
 de-

D. Aug.
 L. 1. de ci-
 uitate.

Factum
 Luc. 16.

D. Chry-
 sol.

39

despecti vivant iustis, & minus honorati in hoc mundo, ut mundanis videatur, quod frustra sunt in hoc mundo, & nihil illis feratur aut metatur, quod moriturus, proinde nullus eos curet. *Iustus perijt, & non est qui recogitet in corde suo, &c.* Loquitur de miseris, persecutionibus, incommodis, paupertate multaque alijs gravissimis, quæ ex peccata peccatorum malitia hic iusti patiuntur, ut illis oppressi tandem peteant. *A facie malicie collectus est iustus.* At ait illis Deus, sumant animos, licet enim vitam agant laboribus penitusque miserimam, re iusticiam tamen ac morientur in pace, cunctis bonis donatq; redundantes: *Veniet pax, & requiescit in cubili suo.* q. d. licet vita iusti belorum tumultibus fuerit agitata, mors tamen eorum in lectulo suo erit quæta ac pacifica. O magnum solamen seipsum solatur ac recreat operarius, spe mercedem recipiendi: licet enim diem ducat laborando, ad diem tamen vesperam, lætus (sic sperat) requiescet. Occurrit tamen dubium: qua ratione verâ sit hæc Spiritus S. sponso cum potius in hoc mundo his contraria videamus; patet enim iustos in hac vita adversitatibus concurri, sed & in morte duplicatis interire cruciatibus, & nedum in cubili suo liberi requiescant, quin potius, siue flammis, siue fluminibus, siue crucibus, siue carceribus hinc miseri evocantur. Hoc v. Paulus de multis coru: *Ludibria & verbera experii, insuper & vincula & carceres lapidati sumi, sciti sunt, & tate sunt in occisione gladii mortui sunt: circumerunt in molis, & in pellibus caprinis angustiati, afflicti, &c.* Si hæc ita sint, qua ratione dicit *Istas Veniet pax & requiescit in cubili suo?* Crescit huius dubij difficultas, ex eo quod contigisse legimus Regi Iosæ: fuit hic rex omnium virtutum genere laudabilis nimis: quia principio regni sui populo existente idololatra Keleribus iniquitate, quippe, qua Dei legis iugum post humeros excusserat, quidquid ad divini cultus spectabat augmentum restauravit: qua de causa hoc ei Spiritus S. dat encomium. *In diebus peccatorum corroboraui pietatem.* Quocirca licet gratia Deus populo illi ei periuro fuisse ministratus. Iosæ tamē bonam mortem spondit, in pace: hoc quippe promissu, ex ijs quæ iurat Deus, maximi est faciendum, unde illi sic ait: *Quoniam multisti verba voluntatis, atque amollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Dei, &c. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace.* Quasi in pietatis regie præmium, cultusque divini promotionis mercedem, pacatâ, horamque illi mortem addi, non obstante illa sponso, legimus quod post hæc & alia Deo

reddita obsequia, restauratum templum possidet, inde millenas immundicias, post solemnissimam Paschalis celebrationem, quam Deus sibi dixit fuisse gratissimam, armatus prodit in occursum. Necho Regis Ægypti in campo Magdodad primum armorum congressum. *Ibi vulneratus est à sagittarijs:* qua igitur ratione stat suo verbo verax Deus, quod dicitur in pace moriturus si ad primum hostium concursu in prælio occubit sagittis transfossus; qua ratione in pace in cubiculo suo, si in campo, Rex prosternitur ex receptis multis sagittis, & angustijs interemptus. Impletum est Dei nihilominus verbum: quia enim moritur in gratia Dei, quocumque modo moriatur, moritur in vera pace, & vera quiete: pax quippe principalis pax est cordis, qua Deo vivimus, quam vocat Ecclesia: *Veram pacem cordium,* & de ea sic ait Apostolus: *Pax Dei que exuperat omnem sensum.* Vera quies, quies est gloriæ, & hæc iusto obvenit, dum moritur, in pace moritur, & ad perpetuam, in cubili beatitudinis migrat quietem in eo quippe Pater æternus cum omnibus filiis suis gloriosus, requiescit, de quo dicitur, id quod Christus refert apud D. Lucam: *Pueri mei mecum sũ: in cubili.* Hæc igitur, ut hæc est bona mors, quæ est in gratia, licet mille vias errans mundus aestimat, calamitatibus, miserisq; comitata, illa etenim omnia, quæ vere tales sunt, calamitates miserisq; sibi iungitur. Et hoc ait (D. Amb.) in iustis mors operatur, ut sit finis ac terminus peccatorum & laborum, persecutionum, timoris curarumq; omnium, & ad æterni regni, honoru immensu, gloriæq; infinite dispoit possessio. Hæc illa mors est, quam teste D. Bern. dicit pretiosam: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Pretiosa plane, tanquam finis laboru, tanquam victorie consummatio, tanquam vita *Malchianua, & perfecta si curatus ingressus.* Sola mors & finis in peccato miseranda est, & merito timentanda, si cet sit in superiori illo fastu, pompâq; digniori, quam posset mundus desiderare. Quam mundo, suorum terreniq; oculis magnifica iudicaria mors est sacrilegi crudelissq; Herodis, qui in Dei filiu intimeret cunis vagitete, in tot gladiu strinxit pueros innocentes. De quod scribit Iosephus: *Quod mortuus sit in lecto ac cubili tanta pompa, tot delictis, tot d. f. quij honoratus, ut illis explicandis lingua deficiat: eo mortuo accurrat filius qui defuncti corpus vestibus tot gemmis ornatis cooperit, ut umbras soli offundere velle viderentur. Dedit ei in manus sceptru auro primo fulgidu, diadema in capite pretiosissimis gemmis, quæ miliones appendere, ditissimum. In pheretico collo-*

1/a. 57. 1.

I. Iusti se- per in pace mori- untur.

Hebr. 11. 36.

Eccel. 49. 4.

2. Parat. 34. 26.

1. Par. 31. 11.

40.

Phil. 4.

Luc. 11.

7.

D. Bern.

Serm. 10.

Tractat.

Malch.

1. de de.

11.

Luc. 11.

11.

II. Marc.

Luc. 11.

Herod.

collocatur tam pretioso ut in eo nihil præter gemas, ac valoris infiniti, n argarias liceret intri eri. Expositus videndum in theatro stragis laulis scortiosissimo. Ante corpus statuit lauciatorum, custodumque vigilias numerosissimas, quingentos famulos, qui singulis thuribus defuncti corpori incessanter aromata primi odoris adolerent. Hanc mortem extulit mundus, ut omnium honoratissimam: tu vero lex iudicium illum & talem habeas. Fuit mortuus in peccato, & cum primum anima de corpore emigravit, demonum legiones eam arripientes ad tartara igneque devoluerunt sempiternos, ubi, dum defuncti tantâ pompâ curatur cadaver, incipit anima flammis non extinguendis, potiusque eruoari non finendis. Ex his argumentis non esse eam malam mortem, quæ est in gratia Dei, nec eam esse bonam, quæ in peccato mortali, promde quod tibi præ cæteris curadum refert, hoc est, ut mortem tuam sic disponas, ut sit in gratia Dei, quod si talis non sit, tibi non proderit divitiarum, status dignitates, generis nobilitas, celsitudo, pulchritudo, imo nec tuæ elemosinæ, ieiunia tua, ipsa pœnitentiæ opera, confessiones, & quicquid v. quam boni fueris operatus.

Emuleat Cardinalis nosier Gaetan. dubium quoddam circa illas beati uelinas, quas Christus mundo proposuit, dum aperiens os suum in môte illas ad octo reduxit, quas legis in Abecedario. *Beati pauperes spiritu, &c. Beati mites, &c.* Videtur Christi nimis brevis fuisse in his numerandis, commisit enim vnam, quam postmodum de celo D. loannes audiuit sibi reuelari. *Audiuit vocem de celo, dicentem mihi: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Si beati sunt illi, cur inter alios à Christo non recesserunt? Num sorte voce deficiente Christi, eam vox de celo supplevit? Hoc scias, respondet Caieta. quod Christus numeravit beatitudines particulares, ut media ad æternæ gloriæ consecutionem. At vna superest generalis & communis, quam commentur includi, & in vnaqueque hanc comprehendendi, sine qua nulla earum dicenda est beatitudo in mirum mori in Domino, hoc est in Dei gratia & dilectione. Ita ut dicas: *Beati pauperes spiritu si moriuntur in Domino.* *Beati mites si in Domino moriantur, &c.* Quod si hoc desit, nihil est quod illas ducat ad gloriæ beatitudinem, quod si mors sit in peccato in tumum cuncta evanescent, pereunt vniuersa, & hæc suprema infelicitas. Hanc time mortem, ut tibi dicatur: *In peccato vestro moriemini.*

5. 19. In peccato vestro moriemini. *Quisquis peccat, mori timeat in peccato, cum quia dum peccat, contra eam fertur sententia, cum quia valde possibile est mori, quam primum peccavit.*

Videamus, cui prænuntiari possit tam horrenda sententia, & miseranda calamitas in peccato moriendi? Monet 400. Propheta *Amos*, id quod exponit Moralis Doctor Gregor. Ut quando audimus Deum nobis minantem, duo faciamus. Primum timeamus, secundum cogitemus, ac inspiciamus diligenter, si nobis illæ minæ non conveniant, ut præscij, ac Propheta, si nobis conveniant, nostrisq; respondeant operibus: *Leo rugit quis non timebit? Dominus locutus est, quis non prophetabit?* Et notat D. Aug. quod si bene quidem, in ijs minis quibus Iudæos Christus percellerat, cum illis loquebatur, ipse fuerunt, in quibus illæ executioni mandarentur, haberentque effectum, primario tamen instruere volebat populum Christianum, Alique intimate, quod si illis in peccatis fuerimus compares, eorum quoque nos pœnitentiis comprehendunt. Illi præsignificavit, quod morerentur in peccatis, & ad nos quoque eadem direxit minas, si istem sceleribus involuamur. Videamus igitur, quæ fuerit eorum culpa ut diligenter inspiciamus, an eandem in nobis non inueniamus. Concedamus ad hoc D. Aug. doctrinam, quam ex intentione disputat D. Chrysost. Quod de nemine, quando vivit sit desperandum, nec diffidendum, nec perfecta securitate credendum, quod sit mortuus in peccato: facile quippe est diuinæ misericordiæ, largiri mortem in gratia, illi qui totam suam vitam deperdit in peccatis ut gaudemus, factumque miramur in latrone, in Marasse, & alijs. Dico nihilominus, quod de quibusdam sit timendum, quod morientur in peccato, & de alijs non solum sit timendum, sed pronosticandum, si non certitudine infallibili, & securo, valde saltem probabili. Dico ergo primo de quibusdam timeri potest, quod in peccatis morientur; qui sunt illi: Omnes & fuguli, qui propenunt committere peccatum mortale contra nihil tam maiestatem. Hoc clare probatur ex doctrina Angelici Doctoris. Obiectum enim timoris, est malum possibile, malum quod posse contingere nemo dubitat. Quando per periculosa incedis præcipitia, metuo times, quia accidere potest te rucere improvulsum. Quando hostis tibi stricto minatur gladio formitas, quia te potest interimere. Rogo te igitur: Num iudicas

possibile, vt eo momento quo peccas mortaliter, subito coruus mortuus, omnes consentiunt, nedum esse possibile, sed multum possibile. Primum: quia quam primum determinas, atque peccatum mortale Deus noster vt supremus omnium iudex, mundum qui errans, in caelis in sede maiestatis suae, cunctis superius ciibus circumvallatus, contra te mortis pronuntiat mentab le decretum. Ita notat D. Chrysostr. *Cognita bene, quod quoties peccasti, toties condamnasti te ipsum: peccatum enim ita se habet, vt mox atque patrum fuerit, sententiam ferat iudex.* Ita nobis describit Amos, qui Deum proponit in caelum altissimis maiestatis suae throno residentem: *Dominus qui edificat in caelo ascensum suum, q. d. iuxta translatione Chaldaicam quod Dominus tribunal suum habeat in vertice caelorum.* Et qui agit: Ex illo in s omnes quotquot viuimus ante eius intuetur, opera nostra conuertat, gressus dimmerat, appendet cogitationes, vt sententiam ferat in eius salutem, qui illi bene fert: et, & contra in eius damnationem, qui illum offenderit inuerecundus: *Ecce oculi Domini Dei super regnum peccatorum, & conueram illud a facie terra:* Et dum quis peccat, mortis coeta eum fert sententiam atque: *In gladio morientur omnes peccatores populi mei.* Hoc dicimus se: vultum decretum, ac legem quam sancit perpetuam, firmam ac incommutabilem. *Anima quae peccauerit in sa morietur, in iniquitate qua operatus est, in ipsa morietur.*

Hoc eleganter expulit regi Nabuchodonosor Propheta Danieli contestans, quod contra eum, exigebat eius atrocissimis criminibus, Deus hac tulisset sententiam: *Succidite arborem, &c.* Illamq; scripsisset quasi sebens pro tribunali, in coesessu, & ad instantiam Angelorum, caeliq; Sanctorum omnium, sumpta metaphora, ex eo quod in more seruatur in nostris tribunalibus, vt enim iudex ferat sententiam debet adesse actor, seu pars, illam a iudice postulari: *In sententia vigiliam decretum est, & sermo Sanctorum & petio: in terra patiebantur iustis grauem in tyranno illo persecutionem, iustitia exegerunt, rex vero potentissimus suo cellus tribunali, multis circumstantibus eum Angelis quos vocat *Vigiles* contra illum sententiam promulgauit quanto in ore vir ille cotripetur, quam exparet, qui criminis laesa maiestatis reus sciret Regem throno suo regali residentem, in cunctis suorum consiliarum nobiliumque corona, contra eum mortis tulle sententiam.*

An igitur nimis timenda sententia lata in caelo per summum omnium regem, in magifico illo sua throno maiestatis? Quando Reges pars sunt effensa ac laesa, & proprio pronuntiat ore mortis

sententiam in offensorem, tantiq; criminis reus, iam illi mors adeo certa imminet, ac si proprijs ea oculis intueretur. Ita ait Daniel, diu incandesces furensq; Rex licet immerito contra sapientes ditionesq; Arripices Babylonis, mortis tulle sententiam, eodem momento, & interfecit, bantur. Non quod iam reipsa necarentur, sed quia ore regio pronuntiat mortis sententia, adeo ab omnibus certa terebatur, quasi iam nunc morerentur. Quid igitur non verendum de sententia in caelo pronuntiat in concione Sanctorum, caelitumq; cunctis, & ore ipsius Dei offensi, grauerque vicerati? Certe tibi iam enim contra te lata est sententia: *In sententia vigiliam decretum est.* Deinde hoc cogito quod, quam primum peccaueris, concerneris, hoc quoque secundum oentis, nihil esse adeo facile, quam in ictu o uli vitam tuam finiri posse, & in eo ipso, quo mortale commisisti.

Non omnes, nullum esse vitrum fragilissimum, celam araneam debilem, nec solum aratum ventorum flatibus magis expositum, quam vitam tuam, & descriptum quicquid de hoc dicere possumus gloriosus ille Christi Apostulus D. Iacobus hac sententia. *Qua est vita vestra vapor est ad modicum parus, & deinceps exterminabitur: hinc monet nos, Mattheus Christus, vt vigilemus. Vigilate, quia nescitis diem, neque hora, qua hora non putatis filius hominis veniet: Veniet Dominus seruatorum illorum, in die qua non sperant. Veniant ad te tanquam fur, Diu Dominus quasi fur in nocte ita veniet. Cum dixerint pax & securitas, repente superueniet interitus, &c. non appropinquabit effugient.* Coelestia sunt haec verba, quae cunctas nobis inanes relinunt fiducia, Dicito mihi, o pessime mortalium: qua fronte audes tanta provocare Dominum maiestatis, cui tantum debes, qui continuo te videt delinquentem? quomodo mortem non formidas & mortem infelicem? Domine: quia sanum me, ac bene valentem gaudeo, & de secura mihi applaudo vita sed nec valeo, nec credo, quod me modo mors possit inopina confodere. O te perditum! haec est ea hora, qua tibi magis est extimescendum, quia non audis, quod dicat tibi, venturum, eum credis non venturum, & repente mors superueniet, quando longi simis distantem arbitraris? *Qua hora non putatis in hora qua non sperant.* Haec ea hora est, qua tibi eam habes certiotem ac vicinotem. Expulit hoc Dominus per Itaiam. *Erit vobis inquit: (Vocat Deus matiam seu peccatum, per nam ipsam ad quam peccantes iustus Deus iudex condemnat.) Quasi interruptio cadens, & requisita in iunera, excelso quoniam subito dum non speratur veniet contritio eius.*

Non praeferamus diuina plane verba D. Aug. a. Die-

D. Chry.
H. m. 62.
in 2. a. t.
Cor. in
moral.
Tom. 4.

Amos. c. 9.
2.

Ezech. 18.
20.

I.
Allego ia

Dan. c. 4.
33.

42

petram percutiebant aquam educturi. Si Deus prior, non accurrat, & in corde tuo, suam tibi ponat gratiam parum proficiunt verbera reprehensionis, aut consilium confessorii; prior adstet Deus, & confessorius petram repetito verbera percutiat, indubie tunc profuerit aqua largillima penitentia, contritionis, lacrymarum.

Passim omnibus obuia est doctrina Theologica, quod hoc auxilium, opus est meta diuinae gratiae, qui eam largitur, quando, & cui placuerit. Ratione huius inducit Apostolus illam Domini vocem, quae tanto illum omnesque iustos hortore concutiebat, quam Moyse praedixit *Miserere cuius voluero & misericordiam praestabo, cuius misererbor.* Quod communi loquendi formula significat, quod omnium non misereatur, sed illorum, quibus per suam meram misericordiam placeat gratiam impertiri: quasi nostro more diceret dabo illi misericordiam ac gratiam, cui placuerit & voluero. Hinc binas illas educit Apostolus conclusiones: *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Deus. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult inducit.* Conclusiones quas summam doctrinam declarant Theologiae, atque magnanimos quoque percellunt, ut eas inducis ex sacris litteris exemplis probat Apostolus. Et si S. Scripturam petuolus inuenies, quam satis saepe Deus hanc peccatoribus denegauerit gratiam, quos in peccatis suis mori, & aeternum perire permisit. Non sunt omnes, quid Apostolus dicat de prophano illo Elam, quod tam parumpedens eius primogeniturae, illud diltrahebat fratri oblectis edulium. *Qui propter unam escam vendidit primogenituram suam Deus illum deseruit.* Scitote enim quoniam postea cupiens hereditate benedictionem, reprobus est non enim inuenit penitentiae locum, quoniam cum lacrymis inquisisset eam.

Exod. 33.
19. &
Rom. 9. 15.

Hebr. 12.
17.

2. Machab.
9. 13.

D. Cyp.
Lut. 7.

Quibus non se votis obstrinxit impius ille Rex Antiochus, vitae corrigendae, damna a se illata restaurandi, Deo ex toto corde seruendi? His omnibus non obstantibus, perijt a Deo derelictus. *Orabas hic scilicet Dominum a quo non esset misericordiam consecutus.* Quam tam exterius ostendit proditiōnis contritionem perfidus Iudas? cuius agnouit, voluit satis accere, illud confessus est, & male para restituit, iuste tamen a Deo deseruit, qui ei denegat gratiam efficacem, mortuūque in peccatis desperabundus, si igitur nefarius homicida, Quia tu quae, maior, gaudes securitate? Ne credideris quod Deum totaliter habeas in tua potestate, dicit enim D. Cypria. *Non omne quod petitur, in praesens potest, sed in dantis obsequio est.* Quid cogitas, Deum non posse iusto suo iudicio, in extrema tua in te hora, se subire, te deserere, ut

nec inuenias Confessorium, nec vitibus conlites integris ut peccata confitearis ac male percas inter eius oves non agnitus agnus.

Notat D. Chryl. id quod contigit Absaloni, res est prodigiosa, quod mulus progrediatur, cui infidebat fugiens transierat; condensam quercum, cuius ramis implexis crinibus suspensus haeret, sed nec ille manus extendat, nec brachia tollat, nec vitibus polleat, ut nodum soluat, se suspensio liberet, vitamque ferret in coluimem, & cum tot millibus militum imperaret, nullus ei proximus adfit, qui manum porrigat, adiuet, imexumque dissoluat; deinde cum pater Dauid tam feruoribus imperasset ducibus, ac militibus: *Seruate mihi puerum Absalon.* Cum tot essent, qui eius praecipis obtemperarent, nullus esset, & cui eum suspensum videat, vnus denuntiet magistro militum Ioab, qui ipse fuerat Absalonis amicus, ac fautor, qui eum cum patre reconciliant; quod ille se ei nedum suspensio succurrat, sed potius tribus lanceis transodiat, vitamque eiipiat patriciae. Credis haec (quae D. Chryl.) casu contigisse? *Vis scias quod factum est, non fuisse humana industria, sed totum fuisse diuini iudicij, &c.* Hoc idem, multis contingit peccatoribus, qui ita, cum la disponente Deo, grati quantuntur infirmitate, quae eos suspensos habeat, liget intellectum, iudicium praefocet, ut nec de animae cogitent remedio, nec eis conueniens inueniatur confessorius, nec qui incontinentes soletur, nec peccantes corripit, nec rogantes audiat, sed qui cor pernis, angustijs, doloribusque confodiat pereuntis. Aduerte (monet D. Cypria.) quod si succurat vni Deus diuinaeque sua manum tacentem subleuet de peccato, alterum in illo perimitat perire. Duos secum habuit latrones hora misericordiae suae collaterales, & si alteri eorum lucem infudit gratiae, alterum tenebris deseruit peccatorum obtenebratum. Manifestum est, id quod D. August. saepius considerat in Dauid & Saule: quantum ad naturam, ambo homines; quantum ad electionem, ambo a Deo electi, quantum ad titulum, ambo ab eodem Propheta Samuele consecrati: quantum ad dignitatem, ambo Reges, quantum ad culpam ambo grauer ceciderunt. Nihilominus deseruit Deus in peccatis Saulem obduratum, in quo mortuus est; Dauidem vero pro benigna sua voluntate lapsem crexit. *Saluum nos fecit, quoniam voluit me.* Quia inquit Christus nobis hoc praedixit: ut metum inueniret, redderet; cautiōres: *Duo erunt in lecto vno vnus assumetur, & alter relinquetur, duo erunt in lecto vnus vnus in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur.*

Sub

Hom. 7. 8. Sub his verbis ait D. Chrylost. & fufius D. August. comprehendit Chriftus omnia genera hominum, quocirca nemo se fecurum esse credat, nec quiescat recumbit Ecclesiastica dignitatis, nec qui molam mundi laborum voluit, nec qui in agro est regiminis Reipublicæ: Si vnum liberet Deus, vni suam concedat gratiam, vnius miseretur, alterum deserit, in peccato moriturum.

D. Chrylost. De hoc ita præclare dicitur D. Chrylost. Hom. 22. Stom. in morali. Ne dicas. Erit tempus quando conuerſi licet, multi dum male, ac vitiose viuerent, Cor. T. 4. subito perierunt, tunc ne tibi idem accidat, sed multis iniquis dedit Deus spiritum, vt in vltima sententia confiterentur. Quid dicitur tunc quid tibi dabitur? fortasse dabo inquit. Cogita quod de anima deliberas, proinde de contrariis etiam cogita, & dic. Quid autem si non dabit? quod autem scies dicit? Esto ut quidem ipse, verum tamen hoc certius est vultus. Cæue ne alex exponas animæ tuæ negotia, cum illi redditum honorumque prouentus non exponas. Hinc ait D. Cyprian.

Ortus ille est tam exitum martyrum timor: videbatur enim, quod nullo negotio possent se liberare à tormentis, petitioni tyrannorum consentiendo, dijs pauca gratia turis offerendo, hæc sibi poterant persuadere. Hoc agam modo, & confestim de eo me crimine aculabo coram confessorio, quo facta meas recuperabo sicco addidit opes, deperditum honoris gradum & vitam, sicque molestissimam hanc occasionem, quâ me tyrannus Imperator vrget, pertransibo. Optime nouerant penitentia virtutem, Dei misericordiam infinitam, qui dilatis brachijs prodigum excepit redeuntem, ac penitenti vno peccato, cuncta dimisit. Publicanum quoque ob vnum deus propius esse mihi peccatori, remisit in domum iustificatum: in ciuitate peccatricem recepit ad veniam: Latronem tot scelertum reum introduxit in paradysum, ob quæ merita? Domine memento mei, &c. scriptumque legerant. In quacumque hora ingenuerit peccator. His non obstantibus, ne momento quidem temporis cedebant peccato: timebant enim ne si in illud laberentur, illos Deus lapsos non erigeret, peccantique impoententes, & notata. t., quod si aliquibus, qui metu cruciatum, fidem abiuuerant, Deus dabat vires resurgendi, alios tamen permittere in peccatis suis mori obtenebratos.

IV. Dedit Deus gratiam suam (refert D. Cyprian.) Callo & Anulo (sacris, de quibus memoria celebratur ex Bedæ martyrologio vigesima secunda Iunij) vt qui prius horrore perterriti tormentorum Chriftum cruciauerant, deum

repetito certamine illum fortius confiterentur: Verum est, at plures alios dimisit, qui in idem crimen delapsi, miserè à Deo derelicti perierunt. Vnus, qua hora Chrifti fidem abiuuerat, mansit matus, vt nec dicere posset. Misere mei Deus: & animam exhalauit. Altera mulier, quo momento thus idolis obtulit, à diabolo possidetur, & quasi in seipsam tanti criminis vltix rabi-da coram omnibus expirauit. Alia quoque terribila narrat exempla, asseritque illa ex multis pauca enarrari. Exempla sunt omnium, tormenta paucorum. Quisque timebat vt hoc sibi contingeret. In quâ tu fiducia interis, qui in adultrium pronus corruisti, ait D. Hieron. Tu quoque in vltimam prolapse, tu vindictæ flagrantissime, & tu quoque sanguinis effusor alieni; cæue ne Deus manum subtrahat in tuorum criminum iustissimum supplicium, cæue ne illo in peccato contumax moriaris, cæue ne tibi hanc non faciat gratiam, cæue ne te deserat obduratum tuum in causa esse, quod Deus te ex eo non erigat misericors, quod gratiam non impertiat, quod permittat obdurati; quæ omnia Theologis relinquimus discutienda.

§. 21. Quæto; timeat in peccato mori, qui hoc committit: qui enim suo facti inimico, eius manibus moritur.

Quæram vobis propono formidandi rationem: nimirum: quod si locum cesseris peccato, morieris in illo: & hoc quia credis iniquitati: iam enim dixit Apostolus: His qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Quid est credere iniquitati? illi eiusque promissis fidem habere. Ita ait Chriftus: Si in iniqua mammona fides non fuerit, quod verum est, quis credet vobis? Et de Chrifto dicebat D. Ioann. Iesus autem non se credebat eis. Pependit, vt opinor Apostolus, quod homo proponit committere peccatum, ex eo quod peccatum ipsum illi obicit, quod dum aut quoties voluerit, liberè poterit illud omittere eoque resiliere. Dicit tibi sensualitas: quid times mihi consentire, intra cordis admittere penetralia, quam primùm libererit, confiteris, ages delicti penitentiam, me à te facili negotio reselles: fides illi, & per hoc, illi das ingrediendi consentium. Suggestit tibi auaritia: modo furtum committe, has tibi opes mille congrua tempus tibi suppetet restitutionis, quando saniori

D. Hieron. Ad Sabitanum Epistol. 48. T. 1.

43. Rom. 1. 18. Luc. 16. 11. Ioan. 11.

M. 7. 11. 11. 11.

vetris valetudine, vel quando consideris testamentum. O stultum caput, cerebro vacuum: an nescis familiare proverbium: qui suo crederet inimico, eius moritur manibus? Ignoras consilium tibi datum à Spiritu S. tam conforme rationi: *Non credas inimico tuo in sempiternum.* Quare? non servabit tibi fidem. In hoc consilio fundant SS. Patres factum Christum in Capharnaum, cum enim diabolus loqueretur in Christi honorem in medio Synagoga: per os hominis cuiusdam eius corpus occupaverat, & voce contentiosa eminentem illam de Christo personate confessionem: *Scio quod sis filius Dei.* Illi Christus innatus est, ac silentium imperavit: *Communis est ei Jesus, dicens: Obmutescite.* Alia quoque vice dum in ædibus D. Petri hæretet, multis accurrentibus demoniacis, ac arripitijs, ut curarentur. Illis coram eo adductis ecce magnis clamoribus ceperunt demones eum ut Dei filium prædicare: *Diebant: quia tu es Filius Dei.* Christus verò commotus: *Increpans non sinebat ea loqui:* Quid agis o Domine? Num ora claudis te laudantium, & increpas, te filium esse Dei consuetes? Num quid amplius expetis, quam ab omnibus ut talis honorari? Petrum (aut D. August.) pro tali confessione beatificasti, & in præmium regni cælestis claves primamque regni tui cathedram addixisti. Tu quoque, cum accederet dilectus tibi Ioannes de viro quodam querelas depositurus, quod in te non credens, sola nominis tui invocatione, demonia eijceret, & cum eum reprimere se velle offerrent Apostoli, illis respondisti ut fuerent illum, eum enim in eo quod ageret, non contra eos ageret, hoc acciperent, quasi in eorum factum honorem.

LUC. 9. 50. *Nolite prohibere: qui enim non est adversus vos, pro vobis est.* Cur igitur prohibes demoni, ne loquatur: si id quod dicat, parum est, quod non sit in tui dedecus, aut personæ vilipensionem, aut fidem tuam, insuper, & in tui ce lit emolumentum? Idem advertamus in Apostolo Paulo, qui dum Philippis in Macedonia ageret socio sibi Sylla, dum ambo ad locum illum tenderent, ubi frequens erat populi concursus ad orationem, ecce diabolus pueri corpus obsidens, illos pone sequatur, vociferatus, cum illis que ei iibus protestatus. **A. T. 16. 23** *Philippenses, agnosceite o cautes, isti homines: servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.* Quo audito D. Paul. graviter commouetur, *Dolens autem Paulus, et conversus spiritus dixit: Precipio tibi in nomine Iesu Christi, exire ab ea, &c.* Illud participium *dolens* in Græco significat: D. Paulo hoc fuisse valde molestum, quare diabolus indignatus ob prædicta commouetur. O vas electio-

nis, focove te cruciat? hocine tibi movet stomachum, bilemque provocat? quid magis intentioni tuæ consonum, quam videre, quod ipse tuus inimicus tuam coram omnibus testetur probitatem, Dei fateatur veritatem, quam prædicat, & doctrinæ subscribat, quam profiteris?

Vale nobis in hoc prælegunt documentum, & magister & discipulus; ut notarent D. Augustin. a. D. Gregor. b. cuius horumque sanctorum doctrinam expendit D. Thom. c. Ne credideris has à demonibus fieri confessiones in beneficium fidei de Christo, nec ut Evangelio crederent homines, quod D. Paulus prædicabat; quinimo illi per has maxime officiebant: quia cognito, ut palam erat, & Christus volebat ab omnibus intelligi, quod diabolus eius esset iustus inimicus, ex eo capite quod ipse quædam in Christo laudem efflueret, intelligendum erat, quod vel non illi esset credendum & quod eo ipso in dubium vertetur hoc quod sine dubio erat credendum; vel quod ea veritas, quæ in Christi cedebat honorem, à demonio promulgaretur, ut illam alienaret; illico ei posset mendacium aliud agglutinare in Christi ignominiam, & fidei, quæ ei debebatur præiudicium. Hinc cognovit amicus ille Christi miles D. Anton. qui diaboli probe noverat astutias (ut refert D. Athanas.) quod semper in ore habebat, videlicet nullo modo credendas esse fidei articulos, ex eo quod illos diabolus assereret. Quinimò hoc ipsum eos revocabat in dubium, ex regula Spiritus S. Non credas inimico tuo in sempiternum: Quodque ex Christo disceremus, eum nec vera quidem dicentem auscultare. *Ut nos eius exemplo, etiam si profutura sua daret, in nullo is accommodamus assensum:* Ne credas inimico tuo, quidquid tibi dixerit aut promiserit. Si Turcæ Imperator instanter rogaret à Rege Domino nostro, ut licentiam illi daret intrandi Regnum Siciliae aut Neapolis, traderet illi do-

Similiter civitates eiusque præsidia, ut non nisi modico tempore illis imperaret, iureiurando protestatus se toties quoties Rex assensit, continuo egressurum proposita illi magna Regis potentia & quod si quando vellet Turca demigrare, haberet Rex plenariam eum eijciendi potestatem; num stultior posset dari stultitia, quam Turcæ fidem adhibere, liberum concedere ingressum, periculumque permittere imperium? Peccatum hominis tibi est seuus nimis, qui quidquid anima tua possidet boni, demolitur, rogat te, des illi patens osium, eo titulo ac sponione, ut quoties volueris, sit egressurus, quod tu ipse quoque ea valeas potestare, quæ eum pro libitu ferax elimines. Num igitur

tur illi credis inimico? Opinatus, quod sicut tibi illud proponit, sic eventum? Num fides tui tam facile fore, illum extorcare? Attende tibi, tyrannus est inimicus. Non regit peccatum in v-

Rom. 6. 11. In v. 52. In d. 11. 29. et d. 11. 29.

46 Tabula.

Refert Aristoteles in sua Rethorica fabulam, quã persuadent Republicæ gubernatoribus, nunquam ingressum concedant tyrannis, licet millia promittant, nihil enim postmodum servant. Cenerosus equus (ait) à quibusdam irritatus animalibus, de quibus ob illatas sibi iniurias, vindictam sumere, iustasque vocas incendebat, virum quemdam consulit, cui suam manifestat voluntatem, qui illi suam opem ad hoc addidit; sed ad eius executionem, illi necessarii fore, ut ipse quoque equus opem suam impenderet, nisi irum, ut permitteret sibi virum insidere, sicque ambo pariter impeterent inimicos: ut maiori verò securitate illi insideret, cõveniens esset illi imponat ephippia eîngulis fortiter constricta: & vt eques pollet cõmodius equum in hanc, & illam partem flectere, requirit, vt ora ferreus cõstringeret, maxillasque coardaret; vt autem eum ad cursum excitaret, opus esset calcaribus, hoc apparatu hisque phalaris preparatus procedemus, inquit, praetenlumque opus nostrum exequemur. His allectis promittit equus consentit, permittit ephippia, frana, calcaria, vtque eum Eques conscenderet admisit. Illico cepit eum eques pungere calcaribus, & in progriam domum dirigere, vbi stabulo conclusitur, vinculis cõstringitur, & ad equis referatur miser voluntatem. Vbi promissa? Num igitur inimico credidisti? Hæc scædera iurat tyrannus (inquit Aristoteles) qui vt Rex intrare vult Republicam. Et hoc est quod tibi promittit & p. opo nit peccatum, quando sentis, quod te provocat, vt illud admittas, ingressum concedas, vt conscendere possit animam tuam, ad hoc libere consentias, Eia age, licet parumper deliciarî, frui voluptatibus ilico te liberum dimittam: licet modo alienam inuadere possessiunculam, & tuis presentibus succurrere necessitatibus, quo facto, ad tuum poteris denuo statum remeare: hoc à te quarit, vt permittas, a. imam tuam, tanquam Dominus conscendat. *Quis facit peccatum servus est peccati.* Ait prima veritas, & eiusdem discipulus D. Petrus, *À quo quisque superatus est, huius est servus est.* O stultum caput eam te sic suis in decipulam agi ab inimico? Sicine promissis eius fide adhibes: *His qui credunt iniquis, ira & indignatio.*

Tom. 2. 34. 2. Pet. 2. 20.

Credo recordatum Apostolum alterius consilij, quod nobis suggessit Spiritus S. *Quasi à fa- Eccli. 21. ci: colubri, fuge peccata:* Imaginare tibi, peccatum esse quendam colubrum tam lactiferum, vt quam primum ad eum accedit, occidat. *Peccatum Iac. 1. 15. tuum consummatum fuerit, generat mortem:* An non est expectandus septimus, quintus, aut tertius dies, vel ad minus vna hora? Nequaquam. Si III. tam parum esses prudens, vt sicut mater Eva Similitu- serpenti, aures præteres, qui tibi loqueretur: do- frater mi: permittite mihi per os ingressum in stomachum tuum: iuro enim tibi quã primùm dolorem sensens, egrediar, quid respicietis? quis tam mente captus, vt crederet serpenti, præsertim qui novisset, quod eo ipso quæ peccatus ingrederetur illud statim spiritus suis ita cõstringeret, vt ad hoc robustissimæ requirerentur manus, summaque praxis vt extraheretur. En igitur quid sit peccatum, serpens venenosus, & qui cor tuum ingressus illi se circumvoluit, anima que visceribus agglutinetur, qui ea de causa vocatur: *Serpens, vultu coluber tortuosus.* Et requiritur ad minus omnipotentis Dei manus, illa enim que hac fuerit minet, licet omnibus Angelorum, cunctarumque creaturarum viribus coherata, nihil efficiat. *Obstricame manu eius, edicente Tob 26. 17. est coluber tortuosus:* Dei ipsius opus est infinitæ potentie gladio, ac ineffabilis misericordie punctione. *Vstabit Dominus in gladio suo duro & super Is. 27. 1. is, super Leuiathan serpentem, vestem, & tortuosum, &c.* Hic ille serpens est, qui ingressum petit, quando sentis in corde tuo quãdam rationes, quæ te demtus alliciunt. Eia age, licet tibi talis ades frequentare & paululum voluptatibus indulgere: licet vindictam expetere, vt tuo satisfacias honori, cum enim in sæculo viuas, & tantum tibi si pererit vita, quantum habueris honoris: Modò licet talem iure contractum, licet ero quippe oblato gaudebis: Et iurat tibi explicitè serpens, quod, quã primùm cruciatum senseris, seu cordis sirupulum, egredietur, te deseret, excitato enim vero de peccatis dolore, liber ab omnibus absolveris. O te miserum, & credis iniquitati: An non aduertis, quod serpens sit, & quod si vel semel cor tuum ingrederetur, tali modo se illi cõstringeret, vt nulla sit potestas creata, si Deus illam suam non applicet infinitam, manumque omnipotentem, quæ illum extrahat implicatum? Cogitasti quod sic egredietur? sume exemplum ab Eva & Adam, quibus hoc iuravit: *Nequaquam morte moriemini.* Hoc allecti ausi sunt illi ingressum concedere: Considera, si illi mortui sunt, omnisque eorum generatio. O homo omnis

Tob 26. 17. Is. 27. 1. Gen. 3. 4.

omnis expertus iudicij, serpenti fidem adhibes dicenti: *Ne qua tuam morte morieris, in peccatis, tempus supererit quo confitearis, quo penitentiam agas, & a reatibus omnibus liber absoluaris?* Et non credis Deo tibi dicenti, comminanti, assenti: *In quocumque die comideris ex eo, morte morieris; morieris in peccato vestro?* Iustum est, ut hoc Deus grauet ferat, eo quod plus ferenti credas infernali, quam sibi: *his qui credunt iniquitati sua & indignatio.*

§. 22. *Qui peccant, fidentes se penitentiam acturos, pereunt, sicut illi qui cum scheda gratia suas vendunt possessiones.*

47 **H**ic optime quatit quaedam Spiritus S. sententia, quae si quidam bene declaret causam ruinae aliquorum in bonis temporalibus, melius adhuc illam meliorum manifestat in spiritualibus: *Repromisso nequissima multos perdidit dirigentes, & commisit illos, quasi fluctus maris.* Loquitur ex aliquorum sententia de eo quod quotidie in mundo contingit. De illis qui fideiussores se praebent, pro alijs solvere promittunt, illos reddunt securos: indicat autem quod fideiussio, quod alius textus habet, *fideiussio nequissima*, res sit maximi detrimenti, hoc enim signat vox, *nequissima*, ac multos perdidit, qui de prospero successu suis in negotijs latabantur; Hoc est, *multos perdidit dirigentes*: eo modo quo fluctus decumanus nauim percellit, quae secundo vento mare sulcabat, illam diffrigit, diacurat, & tandem vndis absorbet perituram. Congrua comparatio, quae dilucide explicet quotidianam experientiam, multos quippe dolens diuites, qui indies opes opibus cumulabant, deperditos fore cessisse ob fideiussiones, & confictos repromissionibus vt submersos perisse. Veneror hanc expositionem, eximia vero illa est Angelici nostri Doctoris: & illam sic possumus decerare, quod Spiritus S. etiam loquatur de multis, qui bona sua diuendunt, cum repromissione, quam illis spondet emptor, quod illi ea restituet semper & quando ea valuerint denud emere; hunc contractum dicimus cum scheda gratia restituendi. Haec repromissio fraudulenta & nequissima, testatur Spiritus S. multos perdidit. Moritur vir diues, relinquit filio multas & opulentas possessiones, census, redditusque copiosos, ille vt nouus, & cui paruo constant illa bona, illa liberaliter imo prodige dilapidat, modo diuendit vnam villam, eras tale callitum, alio sic tales

Opus. de
erudis.
Princ. 15.
cap. 8.

redditus, arma talia. Si ei obijcis: quia ratione te omnibus his censibus denudas spoliisque miser, Similia quae tanto patri tuo confiterentur? Respondet dicens, quod illa non vendat in perpetuum, sed cum scheda gratia, & secus promissione, quod illa venditor restituet, quocumque illa voluerit demuo coemere, & stultus, sicut nescit, quid conflet lucrati regnum, ita non attendit, quod quanto diutius distulerit, tanto illi erit difficilius, recuperare quod vendiderat: quia, iudicij eius proventus opesque decrescunt, & quo plura imprudens prodigerit, erit illi minus possibile necessarium colligere summam, quae vendita recuperet. O quot lugemus, huic nixos securitati ac scheda gratia, in temporalibus exinanitos in carceribus vitam miserè finisse. Et quanto plures quoad animam pereunt, & in peccatis moriantur hac securitate male secuti, sperantes vendita se posse recuperare: *Repromisso nequissima multos perdidit, &c.*

Axioma est Spiritus S. quod qui peccat, animam suam, istam vendat possessionem pretiosam. O quam caro patri tuo Deo conficit: quid pro ea expendit? dedit non aurum, non argentum, sed venarum suarum omnium cordisque sanguinem pretiosum. *Empti estis pretio magno. Non coram hominibus, sed coram Deo. Sed pretio sanguinis quasi agni immaculati, &c.* Illam vendis: *Ecce in iniquitatibus vestris vendidisti*: ait Dominus. Si peccatorem sceleris arguas, cur tam pariter tam nefandam: cur distrahat animam suam, potentias suas, suum intellectum, suam voluntatem diabolo? Respondet, quod eam non vendat absolute quoad futurum, sed cum promissio, quod illam possit recuperare, ac de eius potestate liberare, quoties voluerit, manet etenim illi liberum arbitrium, & operibus penitentiae valebit vendita restituit: haec est illa repromissio, qua sicut in omne praecipit ruit scelus, animamque condemat. Et quare non prudens attendis, quod quoties sic animam tuam vendidisti, vendidisti autem tuo infortunio saepe sepius, nunquam apte poteris opes ad id necessarias congregare, qui nec opera noueris vera parage et penitentiae, nec vt decet strictis te exercere ieiunijs? Et quare non attendis, non modica bona esse necessaria, vt vendita recuperes, sed firmos actus contritionis, cordis lacrymas, firma intractaque proposita correctionis, delectum intentum, obsequium tam piuum Dominum actibus fidei inelle etiam exerceri, voluntatem autem actibus detestationis peccati, Deique amoris super omnia, quae cum illa etiam modo animi sanus es & tui composuit

... sunt ardua, pro vt illud offendit, quod ea ita re- fugias: quid acturus es, dum te febris infectat ardensissima, dolor te capitis conturbat, exan- themata iudicium eripit, infirmitas te lecto deri- net imbecillem, vt ne corporis quidem oculos valeas aperire? dic mihi (amabo) qua ratione poteris, in vno temporis instanti doloribus, mor- busque contritus, in vltimo vitæ tuæ conflictu omnia ad manum habere ad veram requisita pen- nitentiam, tu, tu inquam, qui iustam nunquam facere potuisti penitentiam nec vt decet, ieiun- iasti, corpus castigasti, inordinatum refrastisti appetitum? *Qua in iuuentute tua non congrega- stis, quomodo in senectute tua inuenies? Quartis Spiritus S. Cave tibi: sepe quippe peccatum intrat, cum fidei iustione, quod itatim egredie- tur, ac postmodum, nec post plures annos ani- mam derelinquet.*

Zulu. 15.

48

Gen. 25.

414.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

Gen. 25.

40.

effectum sortiturum. Sibi blandiebatur, quod Isaac pater illi in omnibus bene velle: quia ex veratione sua mater illum recreabat, lauteque excipiebat, & qua hora pater daturus esset ius primogeniturae, ipse se vt maior natu offerret, cui ex iustitia debebatur, & alijs argumentis, quibus pater moueretur, sibi concedere primo- genituram. Licet autem contractum iuramentum confirmasset, opinatus est, quod suo tempore posset omnia reuocare. Adest hora inopinata, quinimo quando ipse sic omnia disponebat, vt patris obtineret benedictionem, accurrat Iacob, eam præcipit, manet Esau orbatus hereditate. Fleuit eiulatu magno, vt vidit ereptam sibi à fra- tre benedictionem, credens eam lacrymis suis à patre sibi concedendam, at ille: sero nimis ac- cessisti fili mi, locus non est tibi, quod optas, largiendi. Hic illud D. Pauli impletur: Non in- uenit locum penitentiae, quoniam cum lacrymis inquisisset eam. Lacrymas fudit, sed in aëre, per- uiruit, sed sine fructu, quocirca paterna perijt benedictione fraudatus. Iustum Dei iudicium, vt qui ea nixus fiducia peccat, quod de peccato penitens resurget, quotiescunq; voluerit, nec locum, nec tempus inueniat penitentiae.

II. Cur E- sau di- citur propheta

105.

Heb. 12.

17.

Gen. 45.

6.

III. Allego- ria.

Heb. 3.

13.

Duodecim Patriarchæ filij Iacob, morati in terra Chanaan descenderunt in Egyptum, ea in- tentione, vt ibidem reliquis paucis annis famis morarentur; decreuit Deus famis septennium, duo elapsi erant anni, quinque supererant ventu- ri. At illis Ioseph: Eia agite fratres charissi- mi: Ascendite: Ego. Biennium est quod cepit fa- mes esse in terra, & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. Ea intentione, eoque consilio intrarunt in Egyptum, vt ibidem quinquennio tantum habitarent, at toto suæ vitæ tempore remanserunt, imò & nepotes eorum quadringentis annis, deinde vt de ea egredierentur, ac in Chanaan reuorterentur, necesse fuit Deum ipsum descendere, ipsum rem cordi cape- re, ipsum suam ostendere omnipotentiam, & mul- to conlultit tempore, multis plagis, multis ver- beribus, & milleis hominibus ijs qui matris ru- bii fluctibus interierunt. Vide, qua ratione in- tres in peccatum: caue, licet enim tibi videat- ur, quod in eo tantum hærebis quo tempore fa- mes, aut sitis passionis, quæ irgeris, perfererat, & deinde meduaberis egressum, fieri potest, vt ita ralicem, sedemque in eo hylas, vt in eo per- ditus mortaris, dicaturque: In peccato vestro morietur.

Hoc credo nobis tanto voluit Apostolis fer- uore, verborumque energia persuadere: vbi Iu- dæorum

N

2) dorum ponderat reprobatorem, cuius David
 3) preclarissimis verbis explanavit rationem, ni-
 4) mum, quod non continuo Dei vocibus obedi-
 5) erunt, quin potius desides, suis adherentes appe-
 6) titibus, voluptatibusque feruientes illas neglexe-
 7) runt: ex quo tanto Deus furor exardebat, ut
 8) uedum eos à se repelleret, sed & iuraret: num-
 9) quam admittendos; numquam in requiem glo-
 10) riamque suam intraturos? *Propter quod in sensu*
 11) *sus generationi huic, &c. Quibus iram in ira*
 12) *mea, si introibunt in requiem meam.* Notat D.
 13) Paul. Quod his verbis David se ad nos conuer-
 14) tit, nosque hortatur, ut ahepo periculo sumus sa-
 15) pientiores manusque nostras. lauemus in sangui-
 16) ne peccatoris: *Hodie si uocem eius audieritis, no-*
 17) *lite obdurare corda uestra.* Charissimi num hæc
 18) uerba percipitis? ait D. Paul. Nota uerbum illud
 19) *Hodie*: si te hodie Deus uocet, te roget, te mo-
 20) neat intus in anima, per interiorum inspiratio-
 21) nem, uel foris per uocem prædicatoris; ne cot-
 22) tum obdures: quanto enim magis hæres, dya-
 23) blius differis, tanto magis obduratur. *Videte, &c.*
 24) *ut non obdures quis ex uobis fallacia peccati:*
 25) ipsum enim peccatum te quotidie fallat ac illu-
 26) det, uide quam congruè loquatur. Quid esse co-
 27) gitas, quod tibi tunc suggerit appetitus, de quo
 28) procedit omne peccatum? Quomodo? satis su-
 29) perest temporis, hodie mundus non finietur, quid
 30) festinas? An non adueniet tempus Quadagesi-
 31) mæ? hebdomada Passionis? An non tibi corpus
 32) uiribus integrum ut cras eius agas penitentiam,
 33) quo hodie delectaris? O charissime, circumspece
 34) tibi, fallit te peccatum, & hac temporis dilatio-
 35) ne in corde tuo firmius radicitur, quo magis ac
 36) magis obduratur, sicut lutum, quanto magis ig-
 37) nis calori exponitur, tanto magis indurefcit, mo-
 38) ne tem auscultat Dauidem: *Hodie si uocem eius*
 39) *audieritis, aduertimini per singulos dies, donec ho-*
 40) *die cognoueritis.* Ne crastinum expectes, ho-
 41) diernus dies, tuus est, & h tibi crastinum polli-
 42) ceatis, forte, tuo deplorando infortunio, ita gra-
 43) uiter te Deus sentiet à te iniuria: um ut tibi præ-
 44) cludat misericordie ianuam, & exigente iustitie
 45) rigore te abripiat, statuatque, nullum tibi crasti-
 46) num elucescere, aut in tantum tibi cor obdu-
 47) tur, ut nullo modo mollescat, repentina morte
 48) præoccuperis dicaturque de te: *In peccatis uestris*
 49) *moristini.*

Heb. 3.

§. 23. Prænantari potest, quod in peccato mori-
 rietur, qui sicut ille in eo perseuerat & est
 ut argenti Hieremia uel arbor. D. Ber-
 nardi.

Concedamus hoc uerum esse, quod qui
 peccatum mortale committit, iuste timere
 possit, mori in illo: uerumtamen hoc non passim
 de omnibus prænantandum peccatoribus, nec de
 omnibus spes salutis abiicienda, ut docet D. Gregor.
 sed non nisi, qui pares fuerint similesque
 Pharisæis, contra que Christus admittabat sen-
 tentiam. In peccato uestro moriemini, suadet quip-
 pe ratio, ut qui illis similes fuerint in culpa, sint
 & in pena, eorumque sit æquale mortis decre-
 tum, quorum causa est æqualis. Porro erant hi
 tam peruersæ peccatores qualitate: ut illorum
 uisceribus ita iradicatum esset peccatum, ut illis
 non prodesset Christi prædicatio, quam audi-
 bant, nec miracula quæ uidebant, nec promissâ
 quibus eos alliciebat, nec minæ quas illis prædi-
 cabat, obliqui peccatores, pertinaces, quales ante
 Dominus per Prophetam Amos declarauerat.
 Cognouit multas iniquitates uestras, & foris pec-
 cata uestra: crimina ære duriora, quæ nullis per-
 fringat, ac comminuat, & per Hierem. Dura sa-
 luum peccata tua: Scelera dura, quæ malico-
 rum actibus non cedant, id est diuina non com-
 minuant terribilitate: nec Dei misericordie
 fomentis emolliantur. Illis prænantat: In pec-
 cato uestro moriemini: Idem tibi dico porcella
 Acamiani multorum amorem concubinator: ti-
 bi quoque fenerator, qui pretioso pauperum san-
 guine dives turgescis, tibi quoque petenda: vl-
 tionis feruentissime, qui odium, quo flagras in
 proximum ob illatam iniuriam geris cordi tuo
 connaturale, peccatores lapidei, quos nec po-
 tentissime uoces commouerunt, quibus Deus
 toties ad animæ uestræ ianuam est intus uocife-
 ratus, nec à foris clamores ualidi ad aures ue-
 stras, prædicatorum, sed nec æternæ gloriæ
 ierata euerunt promissiones ac repromissiones,
 nec ignis æterni, ac damnatorum horrenda ter-
 rificamenta flexerunt: anno præterito mali,
 præfenti peiores, peccatores in principio Quadra-
 gesimæ, in Paschate peccatores; iuuenes pec-
 catores, senes peccatores: Inter illos numeratis
 ait D. Gregor. loco cit. Quos Spiritus S. ex ore
 sapientis stultos indigitar: *Si conuerteris stultum*
in pilo quasi pisanus, feriente desuper pilo, non
auferetur ab eo stultitia eius. Tales iam Deus re-
 pulit.

pulit vt reprobos, & inuadit hac sententia. *In peccato vestro, &c.*

120. *121.*

Hoc est (inquit D. Greg.) Quod Dominus indicant per Hier. illo mirabili symbolo argenti. Olfendit illi Dominus laminam argenteam spurcā, vult eam purificare erat autem ita scoria obdita, vt nec in cōfatorio viribus ignis, nec folium insufflatione, nec qualibet argenti diligētia potuerit defecari, mūdari, purificari. Quid tibi videtur, o Dei vates; de hoc argento sine dubio, Domine, tale est hoc argentum, vt mentō dici & haberi possit, vt reprobum, & in hoc signatur populus ille tuus peruersus & obduratus. *Probatorem d. d. te in populo meo robustum: & scies & probabis vitam eorum. Omnes isti principes declinantes, & ambulantes fraudulenter, as & ferrum: vniuersi corrupti sunt: defecit suffatorium, in igne consumptum est plumbum: frustra conflagrat constator: malitia eorum non sunt consumpta: Argentum reprobum vocat eos, quia Dominus protegit illos. Eni quibus hoc praznuntari possit: In peccato vestro moriemini.*

122. *123.*

Imitrum, qui his perditus hominibus similes fuerint; quibus ita iradicata malitia conualuit, sicut scoria illi argento. Prædicet illis Christus, exhortetur, roget, blandiatur, terreat, doceat, fremat, reprehendat, illuminet, nihil horum illis à sceleribus auertit meliores. Quanto medicus infirmum vt salutis spe priuatum iudicat, quimmo & vos aut quisquis alius: Quando eum eorrupti cernit a deūissima febre heclica, aut humores sine corrupti & febris ossa etiā interiora depascatur, vt nihil illi possit, nec venarum apertio, nec alui purgatio, nec fomenta, nec vinctiones, nec balnea, nec cordis confortatio. Omnis salutis æternæ spe priuatos illos iudica peccatores, quibus nec coniecto, nec confessio, nec missa, nec remorsus conscientie, nec vicini mors subitanea, nec valetudo deperdita, nec honor ablati proficiunt: illis præscius amantia: *In peccato vestro moriemini.*

Proposito nostro optimè conuenit argumentum D. Bern. Arborem vidit proctā, instat nucis, pini vel quercus, quæ à radice sursum semper in vnā partem declinabat, in illam omnes infestebat ramos, tali pondere, vt tota ad terram vsque quasi inclinaretur: eo modo creuit semper, vt nec vires nec agricolæ opeta, nec ventorum imperus contrarius, nec aquarum fluctus eam vnquam potuerint in alteram partem retorquere. Dicit mihi, in quam partem cretulis caluram arborem quando eam detruncebunt? Extra dubium est, respondes, & certo certius in illam, ad quam

pendet inclinata, foretque miraculum, & vltra vires naturales, si eam in contrariam partem conuaretis impellere ad casum. Vt contigit pino, quæ, teste S. Sulpitio, ad instantiam D. Martini resecissa fuit. Apertissimum hieroglyphicum, quo congruè declaratur, quid sit homo, arbor est, quam plantauit Deus in hoc mundo, vt fructus adferret: *Posui vos vt eam, & fructum affertis.* Arbor hæc mortis alicā deiicienda certo scitæ, sed cum minus cogitaueris, vnde tibi semper mente reuolendum id quod penitentia præco proponebat: *Item securis ad radicem arborum posita est.* Ad alterutram necessario partem est iutura, siue ad dexteram saluationis, siue ad sinistram reprobationis idque æternæ: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Vltimè præiudicare ad quam partem declinet? Vide in quam sit inclinata. Si à primis tuis vngueculis inclinatus sis versus partem peccati, partem inferni, vt iam ad infernum propius tua accedat malitia, rami tui omnes versus illam partem. *Rami nostri* (ait D. Bern.) *desideria nostra sunt: vbi maior est copia ramorum, & ponderosior, inle casu ante dabitur.* Omnia tua desideria, curæ, cogitationes ad infernum dirigitur; de cælo nulla est memoria, nec vllus eo gressus dirigitur, nec vllum quidem quale, quale desiderium, quod te ad Deum moueat. Que non impensa studia, vt in alteram partem inuertentis? quales voces prædicatorum? quot Dei commouitiones? quot conscientie concussiones? quot Ecclesie preces? in illorum te vel in medico? partem deflexit me hinc: in quam ergo partem cades morturus? In quam partem?

In vita S. Martini.

Joan. 15.

Matt. 3.

Eccl. 11. 3.

D. Bern. Serm. 49.

12 paruit.

S. 24. Perversè consiliū de Dei misericordia & propria libertate, qui perseverat in peccato, quò & illam non mereatur, & in hac instruitur.

Hic proposito vera fauet Theologia. Dic mihi malè sanæ mentis, in quo fundas hanc fiduciam, quā tibi persuades, quòd viuendo, sicut vniū toto vitæ tempore in peccatis & mille Dei offensis, in cuius sis gratia morturus? Respondebis vtiq; in duobus, in Dei misericordia, & libero arbitrio. Nosti etenim quoad primum: quòd Dei misericordia semper ad sit parata, vt te penitentem recipiat, vt benignus patet prodigum, quòdque in regno suo iusserit

120 121



iusserit hanc legem inuolabilem promulgari. Si
Exech. 18. in pius egerit penitentiam: *In quacumque hora*
ingemuerit peccator, &c. Semper brachijs adlat
Isa. 65. 2. ti, ac surgere desideranti: *Expandi manus meas*
tota die ad populum incredulum: Id est, tota vi-
 ta, ita ut, semper quotiescumque liberit paratus
 sit, ut in gratiam misericors recipiat reuertenti-
 tem. Secundò: quòd sis liber, & ea fruaris li-
 bertate, quam tibi Deus concessit, ut pro libitu
 semper possis huc illucque te vertere: Ante enim
Ecl. 15. dixit Spiritus S. *Deus ab initio constituit homi-*
nem, & reliquit illum in manu consilij sui, &c.
Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris,
porrige manum tuam. Argumentum concedo, si-
 desque nos docet Catholica, reminem de hoc
 posse dubitare. Porro ex hoc ipso tibi probabo,
 quòd quà iuteris fiducia certa non sit, sed teme-
 raria præsumptio.

Primò quippe: licet verum sit Deum esse mi-
 sericordem, qui velit omnes saluos fieri, qui
 gratià suà succurrat delinquenti, qui ad meliòra
 conuertitur, hoc tamen agit ex mera suà, infi-
 nitaque gratià, & quo diutius in peccato petti-
 nax obdurueris, eò magis Deum provocas ut
 tibi misericordiz suæ ianuam præcludat, nec
 tibi gratiam suam benignus infundat, quia tam
 fuisti impudens perfricta que frontis audaculus,
 ut id quo mouendus eras ad Dei dilectionem
 ac fidele obsequium, sumas in scelerum tuo-
 rum iniuriarumque argumentum. Si quisquam
 præsumeret regem conuictari probrisque non to-
 lerandis lacessere: quia bonus ac benignus est,
 quia multa subditis præstat beneficia, censent
 omnes, quòd hoc merito Regem iritaret, ut eà
 illi demum denegaret. An non omnibus constat,
 Deum sæpius gratiæ dona negasse ac sub-
 traxisse obduratis, non penitentibus, præsumen-
 tibus?

Ante diximus de Esau & Antiocho, ac alijs
 ipse quoque vult contra tales promulgari edi-
 ctum, ut scirent omnes quòd eos permitteret
 mori in peccatis derelictes, & grauius illud ex-
 pendit D. August. *Quia vocatus, & renuisti,*
extendi manum tuam, & non fuisti qui aspiceres,
despexisti omne consilium meum, & increpationes
meas neglexisti. Ego quoque in interitum vestro ri-
debo, & subsannabo, cum vobis id quòd timebates,
aduenierit. Cum irruerit repentina calamitas, &c.
Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane con-
surgens, & non inuenient me. Horrènda sunt
 hæc testriculamenta, & talibus prolata verbis,
 quæ translators nequeunt exprinere: Textus

Hebraicis habet: *Ego in fructura vestra ridebo, A-*
quila. In inundatione vestra ridebo. Quasi inuicem
 històriam Pharaonis, cuius Deus curus contige-
 rit, quensque mazis inundatione submersit. D.
 Augustin. hoc verbum *Ridebo* legit *super ridebo*,
 notans, quòd super rideere significet ridere effu-
 so cachinno & incompositè. *Super rideere est, ri-*
sum ex magna copia, quasi exundare, & super-
fluere. Ecce qualis, ait, tibi Deus aderit ex-
 tremà illa hora, ridendo, & super rideo tibi
 manum suam subtrahendo, permittendo te, ut
 alterum Pharaonem demergi perduellem: *Qui*
tempus congrue penitentia perdidit (inquit D.
 Gregor. notans præfata verba Sapiens) *frustrà*
ante regni ianuam cum precibus venit: Et pro-
 bat ex eo quòd factus contigit virginibus. Iu-
 rima Deus contulit Ieroboam beneficia, ille ve-
 rò in eorum recognitionem plurimis illum sce-
 leribus iniurauit inhumanis demum extrema pef-
 fus necessitate, con ugit ad Deum postulans re-
 medium. Præcipit suo Deus propheta, respon-
 deat dicatque inuocando: num igitur tanta ti-
 bi fons o proditor, Dei subsidium implorandi
 cum tam fueris inhumanus ingratusque idolola-
 tra, ut quòd tibi fuerit Deus effusior, domisque
 liberalior, tantò tu sceleribus audacior illum ad
 iustiam iram proccates. *Exal. aut te de medio po-*
puli, & dedi te ducem super populum meum Israel,
&c. fecisti tibi Deos, me autem proiecisti post cor-
pus tuum. Idcirco, ecce ego inducam mala super
domum tuam.

Quoad secundum conce to, verum esse, imò
 de fide Catholica liberum tibi manere arbitrium,
 certumque esse, nunquam illud ab homine au-
 leri quòd diu viuat: Porro pariter indubium est,
 quòd infirmetur perdatque vires ad bonum, illas
 enim peccatum debilitat: pròinde quò firmius
 peccatum in anima radicatur, eò minoribus
 pollet viribus ex illo resiliendi. Hoc Christus
 indicauit per illum, qui incidit in latrones, quem
 licet non occiderint, attamen vulneribus sau-
 cium, viribusque debilem destituerunt. Aperti-
 ma hoc exponit similitudine D. Hilari. ad il-
 la verba: *Beatus qui tenet, & allidet paruos*
suos ad petram. Quando plantas teneram arbus-
 culam, nullo negotio eradicatur, secundo aut
 tertio conatu, eum sit recens plantata, verumta-
 men postquam creuerit, vires lumpsit, radices-
 que ad terræ viscera miserit, ac ijs inhaerit: ex-
 trahere illam non poteris, nec secundo, nec ter-
 tio, nec centesimo conatu: quàm tunc hoc est
 omnibus arduum: Ita quoque peccatum recens
 commissum plantatumque in anima, de facili
 eradi-

Tract. 133.
in Ioan.
Proh. 1.
 24.

Hier.
 Cap. 17
 Hier.
 Cap. 3
 14
 D. Greg.
 Hom. 15
 in Ezech.
 3. Regu.
 7.
 Hier.
 2.
 D. Hilari.
 in Psal.
 136. 9.
 Similitudo.
 276. 13.
 24.

eradicatur, quinimo aliquoties, iam à suo initio
 suam trahit secum difficultatem, quam ipse experi-
 rit, atque vires illi de sunt, non possum vlti-
 rius, hec parcas veritati: quid acturus es, quando
 iam profundas egerit radices, mala consuetudine,
 quando cor tuum eo modo occupaverit, de quo
 Dominus ait per Hieremiam: *Super latitudinem
 cordis eorum: An illud confidis vno tractu te pos-
 se eradicare? Amplius hoc Deus declarat per e-
 undem Prophetam: Propter multitudinem iniqui-
 tatis tuae, dura facta sunt peccata tua. Quantum
 obijcio illud spectat, quod alio loco declarauimus
 quod ex intensione frigris, ita obdurecat aqua
 ut rupis duritiem exaquet, ut quidquid adhibea-
 tur, impossibile sit emolli. Connekte catenam:
 ex multis annulis, illos reduplica, centuplica,
 demum illam. scilicet collo tuo circumuolue, vi-
 debis quod illam non confringes, multo licet
 conatu idem tentaueris. Magis ad propositum
 nostrum ex Hebraeo legimus: *Quis multipli-
 cata est iniquitas tua, corroborata sunt peccata tua.
 Multiplica peccata tua, vinum alteri superadde,
 præcepit in hoc & illud corruet, & videbis quàm
 fortis, ac violentus torrens aquarum exundabit,
 qui te demergat, ut illum nec peruadare possis
 nec superare: O Dine Augustine, quàm bene hoc
 in templo expertus es: quando totus sensualitati
 traditus (ut ipse fateris) dum te voluisti expellere,
 sensisti, ut impossibile: *Tenebar non catena ferrea,
 sed ferrea mea voluntate. Credi sine primo impetu
 arborem ita radicatum eradicari? sapius conabaris
 & sæpius irritò conati, delideris. Illud ita ex-
 aggerat Spiritus S. ut inter impossibilia numeret,
 comparetque illi arthropem lavare, non quod ab-
 solute sit impossibile, sed actu difficillimum. Si
 mutare potest arthropem pellem suam, & par dicit
 vrietates suas sic Crocus, &c. An ergo non manet mi-
 hi liberum arbitrium? Manet, at tamen adeo debi-
 litatum, ut difficillimum sit homini in peccatis in-
 ueterato, illa ex corde sæpius relinquere. Cõfir-
 mat hoc & neruose, & Theologicè D. Bern. Nescio
 quo prauo, & mire modo ipse sibi voluntas peccato
 quidem in deterius mutat necessitatem facit, ut ne-
 cessitas cum voluntaria sit, excusare valeat volun-
 tatem, nec voluntas cum sit illicita, excludat necef-
 sitatem. Est enim necessitas hac quodammodo volun-
 taria, est favorabilis quædam vis, premeudo blan-
 diens, & blandiendus premeus &c. His congruè ex-
 ponit subtiliter verba illa Regis Ezechiz:
*Domine vim patior responde pro me, quid dicam, aut
 quid respondebo, cum ipse fuerit. Domine vim pa-
 tior, sed ipse sum qui vim infero. Quid ais Rex sa-
 pientissime: quærit D. Bern. Si tu ille sis qui vim****

infero, quis tibi vim infero, quis cogit liber non es?
 omittere non potes quod agis, cum ipse sis qui
 facis? Opposita sunt vis & libertas. Verù est (in-
 quit D. Bern.) voluit autem Rex sapientissimus
 declarare quam violentiam exerceat peccatum in
 anima radicatum, quæ possit vocari violentia li-
 bera, vel libertas violenta, licet enim realiter ma-
 neat libertas arbitrij, tantus est tamen eius im-
 petus, quo cor ad peccatum pertrahit, ut vim ei
 inferre videatur. Et hoc in templo experite, qui ait:
 Certe, Domine, quàm libenter mulierem illam
 manu nitentem, sed non possum. Vitam illam de-
 sidero in meliorem commutare, & videor mihi
 ne facere possum, alligatus, quo significatur, non
 impossibilitas, quæ nulla est, sed operis difficul-
 tas quæ maxima est. Cum hæc igitur ita sint, qua-
 ratione præsumis in tam brevi & duro confi-
 ctu, ut est illa mortis hora, posse te efficaciter
 conuerti, & euellere radicatus cor, ex eo cui mille
 radicibus in hæret radicatum.

§. 25. Difficillimum est sanare eum, qui in peccato perseverat, sicut multi temporum dæmonium.

Memorabilem referunt historiam D. Mart. ex 17
 & D. Marc. eamque examinat D. P. Chry. *Matth. c. 17.*
 Pater erat, cui filius erat iam pubes, à dæ-
 mone arreptus, dicitur nimis exceptus, mille pe-
 ritulis aquæ, ignis, lapsusque expositus: Hic *in Sermon. 25.*
 vidit Sanctos Apostolos prædicantes ubique, ac
 dæmonia eijcientes, adduxit illum, ac eorum nul-
 lus potuit illum exturbare, puerumque liberare.
 Christum accessit, illi suam exposuit calamita-
 tem, filijque necessitatem, quodque, quæ eum
 Apostoli curare non valuerant, ad illum adduce-
 rat liberandum. Interrogat patrem Christus. *Quân-
 tum tempore est, ex quo hoc ei accidit? Cui patet:
 Ab infantia* quærit dæmon sæpius conatus est in-
 tenuere præcipitio, vel in præterfluentem de-
 mergere, vel ignibus comburere. Cuius miserus
 Dominus, Dæmoni præcipit, ut ab eo discedat, li-
 berumque relinquat: diabolus autem multum illum
 exercitans, ac discerpens, tandem egreditur, sa-
 num dimittit, in terramque prostermit, *Et multi
 dixerunt: quia mortuus est? Illeo Christus exten-
 dens manum arripuit puerum sanumque in pedes
 erexit. Quis non miretur, quod cum Apostolis
 tantam Christus dedisset potestatem eijcendi
 dæmonia, hoc tamen dæmonium eijcitur non po-
 tuerint; resque hæc tam ardua fuerit, ut accesserit
 fuerit Christus suam apponeret manum omnipoten-
 tem.*

rentem. Sed in quem sine quaerit a parte Christi tempus a quo diabolus puerum arripuerat? An ignorabat? Iam enim dixerat Iob: *Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.* Praescribit nobis regulam D. Aug. quando aduertimus in miraculis, quae Christus fecit circa corpora, quasdam particulares & extraordinarias circumstantias, intelligeremus, quod nobis aliquid, quoad animam, velit indicare.

Poterat quidem (ait P. D. Chryl.) Christus demonium expellere, nec tempus inquirere passionis, cum illud nosset, & qua vellet facilitate curare energumenum, & dedisse potestatem Apostolis, hunc quoque vt ceteros liberandi: voluit tamen vt intelligeremus, quanti negotij sit, me si temporis eijcere demonium, vel si placet, inueteratum curare peccatorem: omnia teste D. Chrysol.

Hom. 40. in Acta. Cap. 13. in Matt. Cap. 23. in Epi. ad Rom.

Demon pessimus peccatum est. Ne credideris quamlibet manum sufficere, quae efficaciter talem expellat diabolum irradicatum. Requiritur vt magis potens Christi manus, agat stupendo ac singulari miraculo, curetque gratia efficacissima. Cecidit abissus de monte lapillus sine manibus, & cum minimus esset, in frustra tamen comminuit statum illam auro, argenteoque fulgidam, ac in puluerem arenae maris similem contriuit. Quod postmodum acturus, cum in montem praegrandem excreuerit, orbemque replerit vniuersum? Peccatum mortale lapillus est, a tua malitia abissus, vel carnis infirmitate, sine manibus: non enim illud Deus creat, aut ex eius progreditur manibus. Hic lapillus statim a suo initio impingens in illam animae tuae statum dirisissimam; illam comminuit. *Ad nihilum redactus sum & nesciui.* Nihilum mihi nocumentum inferre videbatur, & ecce *Ad nihilum redactus sum,* Dei gratiam perdidit, consumptus est omnis decor, aurum charitatis, donatum s. Spiritus argentum, virtutum infusatum as, fides mortua, spes perit, anima in contrita, vt ad eius nullas habeat vires natura reparationem; quid efficiet lapis hic, si crescat, si totum cordis impleat mundum, cogitationes tuas sensus tuos, tuas intentiones? Ingressum est aduulterij peccatum in David, & cum esset pertransiens, non enim erat David peccator inueteratus, vnde & propheta Nathan in proposita parabola peccatum vocat peregrinum, qui subito superuenit & non haesit, nihilominus, cum mensibus aliquot in anima subsisteret, tantas in ea radices egit, adeo vires eueruauit, tantam in eius corde stragem edidit vt illud contriverit:

Ps. 97. 22.

Ps. 57. 6.

Peruerunt & corrupta sunt cicatrices meae &c. Dereliquit me virtus mea & lumen sanctorum inuoluitur.

Et. Tuit aute necessarium, mitteret Deus Prophetam, qui ex professo, de eius ageret separatione. Tunc igitur post tot annorum curricula, quibus hoc contaminatis concubinati, tu qui totum vitae tempus luxibus impendisti, tu quoque qui iam pauperum sanguinem, in carnem & sanguinem conuertisti, num tibi perluades, quod vno temporis momento, quo exhalas animam, radicatus poteris peccatum euellere? num credis, licet habeas confessarios, salutis consiliarios, his tibi omnia salua?

Ps. 26. Morietur in peccato, qui in eo perseuerans, inspicit hares, vt ait David, in interitum quem fecit.

Nostrum propositum prosequamur. Difficultatem habet satis grauem haec Christi sententia: *Quaeritis me & non inuenietis & in peccato vestro morietur.* Quomodo hoc dicit Dominus, none tu ille, qui legem hanc sanxisti: *Quaerite & inuenietis, omnis qui quaerit, inuenit.* Omnis, sine vlla exceptione. Quomodo igitur illis ait: *Quaeritis me, & non inuenietis?* Verum est, ait Dominus, Nota vero quod loquatur de praesenti: *Omni qui quaerit, inuenit:* qui modo quaerit in praesenti, & non differet quaerere in futuro, inuenit. Et tunc collat: *Ego vado & quaeritis me.* Ego vado in praesenti, & vos eum non quaeritis in praesenti, sed dicitis quod illud quaeritis in futuro: *Quaeritis me.* In quibus prognosticandum, quod in peccato suo morietur, scilicet peccatoribus, qui toto praesenti tempore a Deo se elongant, & a quibus Deus ob eorum peccata discedit, quem ex aeterna sua per se fundissima scelera repellit, quieti dormiunt, dicentes quod in futurum Deum sunt quaesituri, praetentiam agent anno proximo vetero, & mortis hora relinquent aliena, transacta voluptate ad meliora conuertentur, illis praedictio: *In peccato vestro morietur.* Notat D. Chryl. verba quaedam David pluribus mysterijs quam litteris fecunda: quae licet a quibusdam Arabica censentur, & profundam tamen continent Theologiam: *Intra sunt gen: es in interitum quem fecerunt. In laqueo isto quem absceperunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* Explicabimus illa cum Chryl. notares ex doctrina D. Aug. Quod nobis conueniat praedicatoribus, tremenda doraque peccatoribus intonare, vt nostro mueri factista cianus: nobis enim has Dei s intentat minas: *Si non annuitauerit iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram.* Et vt saushat is quae conue-

nunt peccatori, qui nec talibus iniis emendati e:
 Hac ergo cogita: fratres charissimi, & tam pro mea,
 quam pro vestra salute rationem me redditurū esse,
 ante tribunal aterni iudicis, pō ignorant, eligo a spera
 quidē, sed salubria mēdicamē, n. ingerere. Dicit igitur
 propheta Rex: Infixa sunt gentes in inieritu quē
 fecerūt. In laqueo isto quem abscondierunt cōprehensū
 est peccatorum &c. Quicumq; committit peccatum
 mortale eadem cōmittit, ideoq; vocatur morte-
 tale; cuius est illa cades, quam patrauita. imā
 suax homo per malitiam occidit animam suam. Vec-
 catum est pignō, qui animam transfodit; de quo
 David: Gladius eorum intret in corda. r. forum. Et
 confirmat D. Iacobus: Peccatum cum cōsummatione
 fuerit generat mortem. Rationem autem eius supe-
 rius ex D. Aug. retulimus, scilicet, sicut anima vi-
 ta est corporis, ita Deus via est animæ: & sicut
 q. i. a. fert animam corpori, corpus occidit, ita qui
 tollit ab anima Deum, animam occidit, hoc autem
 agit peccator: Peccata vestra diu seruant inter vos,
 & Deum vestrum, & elongauerunt bonum a vobis.
 Hinc deducitur id, quod Dominus præcipit D.
 Iohanni, dicitet piscopo Sardis: Nomen habes quod
 vivas, & mortuus es. Hec quā multis hoc dici
 potest? Tu gradeate, nomen habes, quod viuas, ta-
 hūque dignitatis sis Dominus, tu quoque de quo
 omnes clamant, quod viuas, quia per publicos nos-
 taros vita tuæ multa feruntur testimonia, si sis
 in peccato, mortuus es, & vox clamat de celo, a
 qua longe est omne mēlacium: Nomen habes quod
 viuas, & mortuus es. Quia licet viuat in te corpus,
 ob animæ præsentia, que illi vitam administrat,
 mortua tamen in te est anima, quia ei abest Deus,
 qui solus est, qui ei vitam infundit sed nec id so-
 lum facis, sed illo ipso peccato, quod committis,
 te ipsum configis: Infixa sunt gentes in inieritu &c.
 Clausus est, peccatum mortale, qui tam fortiter
 animam tuam configit, vt semel eo confixam
 nulla creata fortitudo, omnium licet hierarcharū
 simul, Angelorumq; omnium, eam valeat eruere,
 nisi benignus Dominus adiutricem ac omnipotē-
 tem apponiat manum, ac cunctipotētia suæ for-
 cipibus vitatur. Hoc ipse his verbis exposuit: Ego
 sum qui habeo clausus mortis & inferni. Et David
 Vates asseruit: Domini Dominus est mortis. Domi-
 ni est, de morte, de peccato educere. Bis illa verba
 repetit: Domini Dominus: vt maiori loquatur empha-
 si.

futura, cum Deum tam grauitur irritatis? Hanc
 sibi gratiam non præsumebant. N. inuitia (inquit
 D. Aug.) qui tam strictam insolentia q. e. susce-
 pete per. itentiam, imo verō vt de Dei gratia in-
 certi aiebant: Quis scit si conuertatur, & ignoscat
 Deus: & reuertatur a furere sua ira, & non peribit
 minus: Non illam asseruit propheta Isai, qui eadem
 incertitudine loquebatur: Scandite corda vestra &c.
 Quis scit si cōu. tatur, & ignoscat, Deus, & relinquit
 p. st. s. h. n. dictionem. Nec eius fidem dedit Vates Iosē.
 Daniel illi magno peccatori Nabuehodonosor, qui
 dato illi consilio, vt penitentiam ageret, si aq. e.
 peccata redimeret elemosynis, subdit: Forstian
 ignoscei Deus delictis tuis. Nec D. I. etus factiter
 go illi Simoni mago, dum illi sic cito penitentiam
 age ab hac nequicia tua. & rega Deum, si for. e. r. r.
 mitatur tibi hac cogitatio cordis tuū: hoc nō est
 (ait D. Greg.) quā dubiū sit si vera sit penitē-
 tia, an futura sit certa Dei misericordia: sed quia
 vera penitentia rata est, quæ vt talis sit magno
 indiget Dei subsidio, & hoc non semper concē-
 dit Deus, ex nostra culpæ demerito. Vtique, si
 quis in studio existens, vbi p. n. o. f. e. r. e. t. quod in-
 eum n. o. p. n. a. t. o. t. a. u. s. i. n. t. r. e. t. f. u. i. o. r. i. s. s. e. q. c. o. r. p. u. s.
 attingeret, se fortissimo clauo magno ligno
 adigeret, illum que repetito vedere profumius
 adigeret, ad caput vique, sciretq; quod etiam si
 non valeat extrahere vitibus, nisi faber ferrarius
 suis eum adiuet forcipibus, quem prius cōti mo-
 lius irritaret, ac protrosa affecit et agnomina: Si
 ab illo percuteretur: A nice, nolim quid agas?
 Ignoras taurum subito proditum, te impetru-
 rum, tē. i. q. e. te in ter eius cornu, vbi in illis erit
 estugij locus, miserē penitum? Si tibi respon-
 deret: Domine, nihil times: quia quā primū
 videro tantum ac urientem aduocabo fabrum
 ferrarium, qui forcipibus suis instructus, itaque
 indultia clauos euellat, sicque au fugiam, & ex-
 dam inelcumis. An non tale responsum expo-
 detes? An non eius interitum in hoc clauo ve-
 certum iudicares? V. V. h. h. num nosti tactum
 tibi tempus concessurum, quo fabrum aduocēs
 ferrarium? Et vocatum putas certū venturum,
 quem toties ad bilem commouisti? An nocte in-
 fixum temens, in in teritu tuo clamne que ruderet,
 cum indigis in eum verbis a te sepissime non
 sit temperatum? Merito illum nabo suspenderes, ac
 potiori iure te ipsum subfaueres & responsum
 tuum exhibilares: Dicitō mibi, charissime, an non
 in huius vitis mundi studio, ex quo proficit taurus
 mortis hora minus expectata? In hora que nos
 sperant, veniet, ait Chruilg: Cum uerum pax &c. 49.
 securitas, tunc repemissus superueniet interitus. An. 1. Thel. 5.
 obli.

In pl. 507.
 vsq. 511.
 Iou. 4. 7.
 Dan. 4. 4.
 Act. 17.
 Rom. 9. 18.
 Eccl. 11.
 I. Similitudo.

oblitus, quod altero die tibi intinus adolescens
amicus abierit, qui tibi de immortalitate blandie-
batur? nonne mortua est puella illa venustissima,
quando iam nuptiis matura de eius agebatur ma-
trimonio? An alter non hinc discessit, quando
sibi applaudebat, quasi de Episcopatu, aliave di-
gnitate iam securus? Quid agis o infelix, pec-
catum illud infigis, vno & altero actu, vno &
altero die, vno & altero anno in illo pertinax, ad
intinum vsque cordis adgens non euellendum?
Quis tibi fidem iuravit, quis promisit securita-
tem? Domine, dum me morbis infirmum sense-
ro, & vite periculo trepidum, ad Deum confu-
giam, humiliter inflabo, clauum euellat peccati,
mibi illud misericors ignoscatur, ad seiscam confes-
sarium, qui Dei vices gerit; tum temporis inho-
nestæ conuersationi renuntiabo, aliena male par-
ta bona restituam, diligam inimicum. O prodi-
torem quid scis, num tibi tempus supererit Deum
aduocandi? num venire voluerit, & sine gratiæ
forcipibus accurere? An tibi tam vicinus adesset,
qui ad nihil aliud laboraret, quam vt te ab illo e-
longaret, illum retrocedere cogisset, illum à te
procul expulsi? An tibi tam obstrictus, quem
nulli tolerandis conuijs irritasti? Cane, ne dixe-
rit: *Ego in iherusa vestro ridebo: Cum quaesierint
me non inuenient me* &c. Quis te fecit certio-
rem, quod tempus tibi supererit aduocandi? Confes-
sarium? &c.

Tron. 1. 26

*S. 27. Multis peccatoribus in morte accidit, quod
Sisara, cuius vox est Echo: perterris visio
D. Theresie.*

55
Iud. 4. 5.

Supendam plane narrat nobis historiam. S.
Scriptura ac horribila sunt illa verba, quæ
Diuæ Debboræ prophetissæ cecinit obtentâ iam
de Sisara victoria. Bella mouit, armaque sumpsit,
contra Dei populum ferus ille dux exercitus Si-
sara, certamen inijs satis durum, ac sibi sui-
firum, desertoque campo fugam cepisset. Eru-
gens igitur ex prælio, & multo labore fatiga-
tus, sitiensque, sanctæ, prudentique occurrat
mulieri Iabei in ostio tabernaculi prospectanti; à
qua frigidam poscit sibi extinguedæ; illa verò
fac illi potum effudit. Qui lassus & lactis hume-
ribus oppletus: suauiter obdormit; illa vt vidit
Sisaram dormientem, clauo illi tempora transi-
xit. *Qui soporem mortis conficiens defecit, & mor-
tuis est.* Mulieres, materque, vt Sisaram, de præ-
lio reuertentem non aduertunt, de sinistro successu
eiusque morte suspicionem habent non mini-

Iud. 4. 21.

mam; ac vna ex illis: *Vna sapientior ceteris voco-
ribus eius, hæc seruis verba respondit: Forsitan nunc
diuidis spolia, &c. Vestes diuersorum colorum Sisara
traduntur in prædium, & suppellex varia ad ornanda
colla congregatur.* q. d. Ne nos inanis timor dil-
cruet est enim dux Sisara non superandus, & in
hoc die suam ostentat præliandi fortitudinem.
Hæc illa hora est, quæ de prolatis triumphum
agit iniucis, modò de obtenta victoria trophæa
erigit celeberrima, militibus suis prædam diuidit
ciuitatis. Iacebat interim miser clauo terabratus,
insultam exhalans animam, cum extremis
mortis angustijs colluctatus. Viden' illum, ait
Debbora? *Sic pereant omnes inimici tui Domine.*
Quoties, heu quoties contingit, quod mortuæ
vitæ in venetem, luxuriosus profusus malis consum-
ptus, v' furarius, fraudulētus, sanguisuga pauperis,
prophanus qui honorem abstulit puellæ: murmu-
rator, qui nullius honori parcat, detractor: quia
verò in extremo spiritu græfixum manibus arti-
pis, brachijs amplectitur in oscula ruit vltimum
rigat lacrymis, threnos insonat lamentabiles: *Me-
ferere me Deus, adsum cognati, adsum amici, de
hoc sic augurantur. Ræcta tendit in caelum, mor-
ritur vt alter Franciscus: obiit vt Carthusianus, vt
Angelus: hæc est hora, quæ gaudent Angeli, diem
sellum agunt Archangeli, caelum tripudiat. Mi-
ser autem suo confusus peccato, ad inferna de-
mergitur. Quid cogitas, nihil vltorius agendum,
quàm mori vt S. Franciscus, vt Carthusianus a-
nachorita?*

Ridet D. Greg. Naz. & eximia sua eloquendi
facultate illos expugnat, qui in iustâ, inter primæ
classis sanctos reuerent illos quos paulo ante vi-
derunt peccatis immetos, terramque pedibus
calcantes, profert autem hæc præclaram senten-
tiam: *Non fecit ac fabula gigantes fingunt, vnus
dei sanctos efficitur, ac sapientes esse subimus eos,
qui nullam dulcedinem sapientiam; Et qui nihil ad
gradum, præter velle adferunt.* Illam memorat
fabulam, quam Poëta hinc vult de gigantibus:
nimirum, quod Iupiter sumplerit dentes serpentis
Lernæ, & quam primum eos in terram semina-
ret, exurgebant siue enascebantur Gigantes for-
tissimi. Quod hoc prodigium? paulo ante deus
serpentis, modò verò Gigas, qui vertice caelum
taugat; Ita nobiscum res agitur: in icu oculi ex
homine carnali, luxurioso, v' furario, murmurato-
re, demto serpentis duriori ac venenoso, creas gi-
gantem, qui caput inferat sideribus. Mortuus est
vt S. Franciscus, vt D. Dominicus, vt Carthusia-
nus, & ter beatam animam: Quid credis nihil am-
plius ad tam bonam mortem qualis illis sanctis
obtigit,

D. Greg.
Naz.

strigit, desiderari: Hæc opinari non potest nisi ille, qui tam mentis inops fuerit, ac ille sacrilegus praestigiator Balaam: qui suis delicijs venditus ut faceret malum, mori voluit ut sanctus: *Moritur anima mea morte infortunum, & sicut nostrissima mea horum similia.*

Constitit D. Hilariu septuaginta annorum strictissima penitentia; quæ se ad felicem mortem præpararet, cui iam proximus totis exhortuit. Constitit D. Dominico plurimum amorum, continuis ieiunijs, perpetuisque vigilijs, tribus per dies singulos disciplinis, ut in extrema illa hora securus gaderetque calos expectaret. Constitit D. Francisco hæc beata lætaque mors, tam alperâ vitâ, qualem omnes eum nouimus duxisse. Constitit religiosus, digna ad mortem præparatio, multorum annorum vitâ religiosa; & talem tibi tu fore præsumis, post tantos vitæ irregularitates, impia, ac scandalosæ annos transactos impudicè? Quid tibi persuades, nihil aliud agendum quam rectâ in cælum tendendum post mores deperditos? Domine: Crucem manibus assumpsit, cœtus adorauit, veniam est deprecatus delictorum. Quid ergo, visne, illam à se repulisset, aut sordidus confusus? Quam anti meriti est venerabile illam sanctamque crucem assumere, eamque vera fide adorare? Quid hoc minus in illo conflictu agere verus potest Christianus? Et quid arbitraris: quod in illis angustijs hæc omnia se intus sentiat prout exterius protestatur? Nihil facilius, quam inter rupes formari echo, quæ dictis tuis respondeat: Non est echo vox humana, sed ei similis ita ut, qui eam audit, humanam esse arbitretur. Inter montium concaua exclamas Iesus, & quoties nomen illud pronuntias, toties idem repetunt, non quia nomen illud percipiunt: sunt enim petre durissimæ, nec eas vox ipsa penetrat, sed quod vox tua reflectitur, indeque formetur illis alia vox huic similis, quæ ad te reuenit. Ita hic constringit. Est vir ille corde lapideo, duro, non flexibili, quem nulla virtus, opus nullum bonum permouit, nec conuersiones, nec minæ, nec inspirationes, nec conscientie stimuli: subita eum arripit infirmitas, febris exardescit, tendit ad vltimam lineam. Accedis, hanc ei suggeris vocem: Iesus, respondet ille, Iesus. Acclamas illi *Maria mater gratia*; Respondet: *Maria mater gratia*; num eum hæc credis intelligere? hanc esse autumas vocem humanam? Est Echo, quæ vocem tuam repercutit, & ad te remittit, nec intus recipit: durities autem intus manet, ut prius, non emollita, sic fit, sicque *Hieron. Ep. de Lanua Tom. II.*

talibus contingat saepenumero, si non omnibus: hoc enim optimè nouerat qui de talibus tale tulit iudicium: *Quoniam non est in morte, qui moris tui.* Congruit huic propositio sententia D. Augustini: quam ponderat D. Thom. *Hæc uita Opusc. de animæ uisione percussit impijs, ut moriens obliuiscatur sui, qui uiuens obliuiscitur Dei.* Tali peccatorum diues plectebatur ille, cui mortuo, ut iulia 5. c. 8. Christiano de more perfoli erentur, rogantur heredes D. Antonium de Padua, ut in defuncti honorem peroraret, ascendit cathedram, sumpsit thema conuersionis: *Mortuus est & diues, & sepultus est in inferno.* Et quæ alias narrauimus, acciderunt. Eia igitur uentricula, ocyus festina tuis in sceleribus uiuere contumax: eia uisitate per uite, per uite clauos uisitarum tuarum, in uisitarum facinationum, & experimini: quod *In peccato uestro morimini.*

Omnium terribilium terribilissimum, ut censeo, hoc est cœnium quod lego apud toto orbe celeberrimam uirginem D. Mariam Theresiam de Iesu, quod de se ipsa refert, cuius scripta ea cum attentione peruoluo, quæ aliorum Doctorum: merentur etenim. Refert quod vice quadam ad infernum raperetur, uideretque locum quem sibi ob peccata sua demones assignauerunt. *L. uita sua c. 32.* Non suspito, num uel mortaliter peccauerit: factis enim probabilibus arguuntur. probat Episcopus Don Diego de Yepes, qui eius vitam cœmentatus est, quod eo usque numquam eius ascenderint imperfectiones, ac appetitus inordinati, quos ipsa narrat, qui eam aliquoties in primo ætatis flore diuertentur; sed credo, quod sicut demones tanto studio laborauerunt, ut eam, data occasione in mortale præcipitem agerent, sibi persuaserunt, quod tandem in peccatum letiferum corrueret, promde iam ex inde illi locum in inferno præparauerunt, & licet non potuerint eam deiecere ac superare; quia Dei manu fulcebatur, uoluit tamen illi Deus hunc proponere uidentium locum: cuius infernabilia absit à nobis iudicia perferunt; Etiam D. Ephrem pietatis exemplar, uirtutumque prodigium à D. Gregor. Nyss. celebratum, qui eius acta conscripsit: & puteus sapientie à D. Hieronymo nominatus: similem passus est raptum, quem ipse scriptis exarauit, de quo latius egimus, Ingerere Dominus intendit timorem, nobis adeo temerarijs ut credamus nobis infernum non conuenire. *L. de timore anti. mi. l. 5. de Scriptor. Eccl. Hs. de iudicis.* Audite igitur D. Matris Theresie uerba, Elapso multo tempore, quo Dominus mihi multa præstitit beneficia eorum quæ prædixi, & alia quæque

O



que præclara, cum die quodam orationi vacare, in icth oculi me raptam sensi, vt nesciam quare ratione, vt viderer mihi esse in inferno. Intellexi, quod veller Dominus, locum illum viderem, quem diaboli ibidem mihi præparauerant, & ob peccata mea me meritam agnosco. Hoc contigit breuissimo temporis spatio, & multis licet annis viuerem, illorum me posse obliuisci censeo mihi impossibile. Ingressus, quantum noui, erat instar parvæ plateæ, longæ & angustæ in modum fornacis obscuræ, & angustæ: Cuius solum aqua erat lutosa, fordida, & fœtoris pestiferi, serpenibus, pluribusque bruchi repleta. Ad extremam partem erat quadam concauitas effossa in pariete, velut panarium quo me vidi ad extremas redactam angustias: hæc omnia deliciae erant, quoad oculum, in comparatione eorum, quæ ibidem sensi: quæ dixi, non bene declaravi & exaggeravi: quoad mihi videtur, quod nec principium exaggerandi pro rei veritate dare possem nec potest intelligi: sed tantam in anima flammam sensi, vt nec ipsa hoc capiam aut modum sciam illud exprimiendi: Dolores corporales, tam intolerabiles vt illi, quos in hac vita petuli, grauissimi & iuxta medicorum sententiam acerbissimi quos hic possemus sustinere (erat enim velut quadam nervorum contractio) & alij multi, quos diuersis modis petuli, præter alios, vt dixi, mihi à diabolo inflictos; omnes nihil sunt, in comparatione eorum, quæ ibidem sensi. Et videre, dolores hos esse interminos, sempiternos, numquam finiendos. Hoc igitur floccipendo respectu agonizationis animæ, pressuræ, suffocationis, tam sensibilis cruciatus, & tam extremæ & non tolerandæ molestiæ, vt quibus hoc verbis exprimam, prorsus ignorem: dicere enim, quod sit continua quadam animæ emissio, minus est quia tibi videtur, quod alius tibi vitam adimat, hic verò ipsa se anima diuellit ac dilacerat: Causa talis est, vt ignorem, quia internum illi ignem exponam ratione, illamque, dissidentiam, grauissimis illis cruciatibus doloribusque, acerbissimis acerbioribus. Qui mihi hos infligeret cruciatus, neminem videbam, at sentiebam me comburi, & dilacerari (meo iudicio dico) quoque, illum ignem ac interiorē desperationē, esse pessimum omnium: Dum in hoc tam pestifero loco hærerem, vt nec vllum possem sperare solatium, non erat cui insiderem, nec ad quod me pronam deicerem nec locus est, licet me in illo premerent velut in tificos; illi enim parietes conspectibus horribiles, metum incutiunt, & omnia suffocant, nulla ibi

lux, sed obscurissima tenebræ. Quomodo hæc fieri possint non capio, quod cum nulla sit lux, quidquid tamē adferre potest visui cruciatu, totū videtur. Noluit Dominus tunc temporis: me plura cōspicere, ex his tormētis, locoque inferni &c. Nescio qualis hic fuerit &c. quia nihil est hæc audire narrari, nec me alias de tormētis diuersis cogitasse, nec quod ipsi dæmones sōcipibus damnatos discerpūt, nec alia multa, quæ legi, cum his sunt conferenda: quia longè aliud est, tandem sicut umbra veritati &c. Hæc attenta, & modò adhuc sum hæc scribens, cum iam pœne elapsam sit sexennium, verum quæque est, quod mihi ex nimio terrore calor videtur deficere naturalis, hic vbi sedeo, proinde horum non recordor, quod me cruciatus, doloresque, premat, quin mihi censeantur illorum respectu nihil esse omnia quæ hic possunt tolerari &c. Hinc ait, sibi grauissimum ortum fuisse dolorem, vt vidit animas se in tartarum deicientes: & sic materiam hæc profequitur. Demum grauissima, & mihi valde terribilia subiecit verba, quæ incipiens de se loqui nobis relinquunt, vt ea nobis ipsis applicemus: Quando (inquit) confidens, quod licet essem pessima, tamen aliquo seruibā studio Deo seruendi, sed nec aliud agebam eorū quæ video, quasi qui nihil fecerit faculares in hoc mundo, deglutunt nec inde secupulos patiūt, quid plura morbos tolerabam acerbiores, & multā patientiā, quā mihi Dominus concedebat: non eram murmuracionibus addicta, nec detractionibus, nec mihi videbar velle posse alieni malum, nec aut argentique, cupida, numquā, quantum meminimē aduisti inuidia vt fuisset mortale peccatum, quæque Dei offensa, aut alia quadam vt licet essem tā peruersa cōtinuò Dei timore confitebar, & video quo me retro dæmones exasperant hospitio. Hic sistit mulier illa extatica, tibi conclusionē huius relinquens argumēti, quā tu fac. Si talis mulier, de se fateatur, quod patienter perferret sic infirmitates, non murmurabat, non auaritia flagrabat, nec exardescere inuidia, nec se graui in Deum iniuria sentiebat obnoxiam, illi tamen tā horrendū in inferno locum ostendebant præparatum, voluitque Dominus, vt ea proprijs cum oculis spectaret, ac describeret vt verè mulier humilis. Quid tibi arrogas, qui sceleribus nequam oppletus, in aduersitatibus impatiens, murmurator, de bonis detractor maledicus, concupiscentia carnis ac oculorū flagrantissimus, toto vitæ tempore nefandissimis criminibus obfirmatus, Dei iudiciorū aspersionator, suarū minarum, ac promissionū sacrilegus irritor, qui tibi

tibi certore arrogas mortē in Dei gratia, & volatū ad celi gloriam inoffensum. Curre velociter progredere in cepto nequitiatum tuarū itinere, nostris aures oclude tetriculamentis, illa vilipēde, quæ ex Dei nomine vobis intumamus, Amen, amen dico vobis: *In peccato vestro moriemini.*

§. 28. *In extrema mortis hora multis euenit peccatoribus, quod gubernatori, cuius aenea tormenta a clavis obturari.*

46
I. I. I.
Similitudo.

Aliam quoque ex his verbis elicere possumus considerationem: *Infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt.* Sumptam ex eō quod est tormenta bellica clavis obturari. Residet gubernator suo castro, seu præsidio valde quietus, & se securum tutumq; æstimat, eō quod locū videat tormentis aeneis, ac maioribus circummunitum, sic vt nullum timeat inimicū, qui possit obsidione premere præsidium: confidit enim, quod si venerit, aenea explodet tormenta, & ab hac parte quibusdam, ex alia in cœnitis alijs, hostem abiget, submouebit, totumq; eogret exercitum te infecta repedare. Contingit, illo nescio, tormenta clavis aduncis obturari: Adest hostis, ad loci festinat propugnationem, & ignem admouet foculo, puluis accenditur tormentarius, exurgit spissa, crassaque flamma, dices ad interiora penetrasse, glandemque summo impetu euolasse, at tamen cum tormentum sit obstructū, nō pervadit ignis, hæret tantummodo in illa fumosa exteriori flamma, quocirca glandem in hostem non detorquet, quia autem nihil contra eū moliri potest efficaciter, ingreditur hostis securē, locum sibi subijcit, captivum ducit gubernatorē, seque præsidij Dominum esse gloriatur. O bone Deus, heu quantis hoc contingit peccatoribus quā sibi non pollicentur finguntque securitatē quā quieti, quā incurij suis in sceleribus obdormient, & quā illa committunt impavidi? Quā non deses tua quiescis, o delicatule, voluptate, lupæ tuæ ædes ingrediens ac egrediens? Quot sunt elapsi anni quibus de usuris, iniustisque lucris opes aggeras, nulla perditionis tuæ concepta formidine? Quis baculus tuus, cui inmites? O Domine, quā bene munitus sum maioribus tormentis, promprisque iaculis, intellectus, quo de mihi necessarijs disponam; libertæ voluntatis, arbitrij liberi, iaculis inquam, quæ diuinā gratiā confortata in hostem explodam, quibus cunctos in fugam dispergam inimicos. Quis dubitativam intellectus oculabitur glā-

dem feruentissimæ orationis cum actibus fidei, qui meritis Christi subnixi, vires habent nec percipiendas; libera voluntas contritionem explodet amarissimam & relicta creaturā ad Deum se ex toto corde cōvertet, O quam sunt hæc tormenta iacu al' Vno, Peccati Domino à Davide enibrato, contra cunctas se potentias inferi i opposuit. Vno Deus propitius esto mihi peccatori publicanus omnes demonis copia: proficiat. Vno, Pater peccanti, nāsit ab hoste tutus filius prodigus. Vno Domine memento mei: deieci: satro peccitens principes omnes tenebrarum. Hoc idem ego præstabo. O te perditum! an non vides te dormiente hæc tormenta obturari?

Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Osee c. 7.
Comederunt alieni robur eius & nesciuit. An non adnertis tot criminibus, tanta in peccatis obturatione intellectum obscurari, perverti voluntatem, liberumque arbitrium debilitari? Non attendis, quod hæc tormenta sint velut obturata? Num hoc tibi persuades, quod quotiescumque liberit poteris hæc iacula enibrare? O te miserum, veniet hora, quæ circumdabunt te fortissimi inimici: moribus acutissimus, qui te prosternat viribus destitutum peccata, ac iniuræ quibus Dei in te vindictam irritasti, coaccervatum irruent, durissimo te proelio coangustabunt, viscera tibi erodent, quibus illa concepisti, vt serpentes. Tūc se tibi offeret puella violata, vxorata prostituta, pauper oppressus, Deus offensus, cœlum vilipensium: aderunt exercitus infernales, vt leones, qui te deglutiant, de quibus ille amicus Iob: *Vadent, Iob c. 20.*
Et venient super eum horribiles. O quā verè potes illud Christi audire, qui tibi, quod olim Hierusalem præcius annuntiat: *Veniet dies in te, & circumdabunt te inimici tui valle, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique.* Num præsumis, quod tum temporis te de cunctis hostibus his tormentis, iaculisque defendes incolūm? Actum est de te, illa tuis sceleribus obturasti illis intellectum tuū obtenebrasti, hebetasti, instar animalis, illum enim nunquam ad cœlestia sursum elevasti, sed ad iniquitates resq; terrenas exacuisisti. Voluntatem habes, at totam naucabundam, quæ ad Dei obsequium, ac pietatis opera tota languescit insipida: sensus tibi sunt, vt animalium, rebus tuæ tantummodo damnationis occupati, inescati, impinguati. Quid ages ductus in laqueum? Eueniet tibi, quod illi gubernatori, cui erant tormenta impactis clavis obturata. Nō difficeor, accedūt circumstantes, ignem admouent: Domine, inclama nomen Iesu dulcissimum: *matrem inuoca misericordie: exelaras: Deus propitius*

pius esto mihi peccatori. Accenditur parua quaedam flamma, ut dicat infelix, quod ei praelegit, ac si quosdam videtur exerceat fidei, ac contritionis, at tamen cum sint iacula obturata, non penetrant. Strupestus est intellectus illa extasi qua capti febris ardentissima conciliavit, dolore turbatus in firmitatis, & confessione plenus, ex lachrimis vxoris, ciuitatu filiorum, amicorumque planctibus: Voluntas iacet prostrata, & fixis ad creaturas radicibus agglutinata, cor sceleribus regurgitans, infirmata perditaeque vires ex mala inueterataque consuetudine, vtrum sanus esset nesciret, quid sit mente non ad Deum erigere, quanto magis iam morbis contractus: caput lethargico somno obdormiscens: sensus ex generali deiectione prostrati, qua ex nimio dolore detinetur. Quid acturus es in periculoso illo consistere? qua te ratione, quibusve modis ab his potentissimis liberum te asseres inimicis? O periculum! o conspectus! o angustia!

II. Viri meritis eminentissimi, postquam omnes vite dies Dei famulatu consecraverunt carnis mortificationi, orationibus, vigilijs, pijsque operibus transegerunt, nullam sibi promittunt securitatem. Videbis D. Paulum, vas electionis, in tertio caelo constatum, ieiunijs grauidum, penitentiae operibus fertile, fidelem prudentemque Dei ministrum, qui nullius sibi culpa reus videbatur, ob quam crederetur condemnandus: e contra pluribus bonis operibus, meritis, ac virtutibus clarus, ob quae merito conferetur praemium, sese tamen contrahit, tremens ac stupens ait: *Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est.* Proponit tibi Dauidem, qui quod peccatum commisit, multis deplanxit annis, singulis lugebat noctibus, ut lachrimis suis stratis rigaret penitens nimis, postquam ex ore Vatis Nathan audiuit: *Dominus transiit peccatum tuum.* Nihilominus quosdam die mundo conacionaturus, clara voce conuocat vniuersos: *Audite haec omnes gentes, auribus percipite, qui habitatis orbem &c.* Quid intendit o Dauid? Dispone de timore, qui me extremae mortis hora conturbabit: *Cur timeo in die malae?* Et quae ratio timoris? *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Ipsa iniquitas quam commisi, quae licet me supplantauerit, in eam tamen ego inlurrexi, ut animosus luctator, eam pedibus substrauis, stricta longaque penitentia illa ipsa mihi bellum mouebit, illa me ceangulabit. Hoc verbum *Circumdabit*, est militare, & proprie dicitur de duce exercitus, qui urbem obsidione cingit, illa igitur me stricta cinget obsidione, *Circumdabit me.* D.

3. Cor. 4.4

2. Reg. 10.

Ps. 48.1.

Hilariorem ut praefaci sumus, transactis annis multis vitae caelestis in terris, omniumque virtutum exercitijs eruditus, ad vitam hinc accedens, omnibus membris, velut argento viuo confectus contremuit, ut necesse fuerit ipse animam ad spei fiduciam exhortaretur. Anima quor est, anima, quid times? Septuaginta prope annis Christo seruisti, & mori times? Formidans illi morte post tantos vitae sanctissimae annos? post asperissimam penitentiam, post celerrimes de Sathana triumphos: tu vero iam visis securus, post tot annos sceleribus male impensis, post tot commissa crimina, quae vindictam postulant, post tot Deo illatas iniurias? *In peccato vobis mortemini &c.*

S. 29. *Perseuerare in peccato, est anima pedes religare, ut in illo moriatur: Et pluribus de causis tales vocat Isaia, illustrares.*

Nec minoribus scatenet mysterijs, quae subiungit Dauid verba: *In laqueo isto quem ipsi absconderunt comprehensus est pes eorum.* Quid est peccatum arbitraris, nisi laqueum, qui animam illaqueet, eiusque pedes constringat, nimirum intellectum & voluntatem adeo iorture, strictoque nodo, ut solus Deus sua possit omnipotentia, eum qui in hunc incidit, liberare. Nodus est adeo caecus, ut sua solus Deus infinita sapientia, illum possit diluere: *Funibus peccatorum suorum constringitur,* ait spiritus S. Si latroneum cerneret, aut quem piam laeae mactellae reum, in quem Rex tanto iurore conmonetur, ut confestum nulla interposita dilatio e in eum mortis proferret sententiam. Si reus ille praeretur a Rege mittendos satellites, qui cum caperet indubie morti ad iudicandum, ipse vero in medio sedere, toroque conatu laqueos, pedicas, manticas pedibus suis, manibusque mitteret, mille nodis Gordianjs constringeret, quod feceris, iudicium: esse extra controversiam quod vir alle iustitiae manibus occideret. Si illi diceret, quid agis vir optime? An ignoras, te Regis iam incurrisse, qui ministros suos apponentes mittet te comprehensuros, tum minus cogitaueris, ille vero responderet. In hoc nouerunt manum mihi pedes sunt adeo leues, ut veniente satellite, quando apparebit, unico tractu catenas constringam, meipsum his omnibus expediam, liberique euolabo. Cui si replicares, fateor at si pedes habeas ligatos ac religatos, & aliud nihil agas nisi nodos constringere, quid ages? ipse vero responderet

dere: Nihil refert, quam primum enim videro
 satellitem accede. tem. refidebo; & duobus ver-
 bis, omnes hos dissoluam nodos, ea enalque dif-
 fringam, qui nodi licet ceci sunt, vnguibz va co-
 quibus illos dissoluam. An ignotas te hoc offen-
 disse Deum adulterio, hac vltura, illo auro inu-
 flo, hoc contra inimicū odio, quodque Deus se-
 cundūm præsentem iustitiam dederit contra te
 æterna mortis sententiam? An ignotas mittendū
 satellitem mortis, qui te. ompiehat, tollatque
 condemnandum? Quid rerum agis, dum tot ani-
 nis hoc in peccato contumax perseveras nisi no-
 nos tibi parare laqueos, nodo que multiplici ac,
 quibus animam et am. itretis, eu que pedes con-
 stringis? Quid festinas o proditor, hac tot tuū
 muliere aligam, tu quique hanc puellulā, in quo-
 que illis peccatis, tu quique illa vindicta ci pi-
 ditate? Non bnuo, respon es, atamei peccibus
 valeo leuissimis, qui in ietu o uli multa per. ut-
 runt regimēs, in tel. ectum habeo tā. celere qui in
 momento ascendat de terra ad summos celo-
 rum vertex: ut patuit in Saule; voluntas mihi
 est, quæ in iustitiam ex profu. diffinis interni a-
 byssis culparum, se siltet inter ar. entissimos in
 Dei dilectione Seraphimos, ut alia Magdalenā;
 arbitrium tam liberum ad deminuum, ut vnao
 momento transit ab affirmatione ad negationē;
 de nocte ad velle, de odio ad amorē, & de amalle
 ad odisse; prouide cum videro mortem me inua-
 dentem, his pedibus saluum edam; peccata dese-
 ram, ad Deum conuolā o, Dei offē as dimittam
 eius me i. sribam obsequio; mulierem dilectam
 exhorrebo manu mittam, & que in i. se possideo
 restitui am alienā. O te ter stultem, si nihil agas
 aliud quam istos pedes nexibus irritare, redupli-
 catis comp. eibus illaqueate, iunculo triplici
 plurimorum scelerum constringere, qua ratione
 credis ista tua illos mouere posse lenitate. Cum
 voluntas tibi sit male affecta, & tantis vniculis
 affectio obfirmata, tam longa consuetudine ob-
 durata, intellectus obfuscat, conturbatus, ac
 hinc terrenis alligatus, tortorissimē diuicijs
 confictum periturus.

Intentionē nostrā conuenit illa concio, quā
 Vates Isaias obduratos seruebat peccatores. Pro-
 dibant in publicum propheta, peccatores horta-
 bantur ad meliora, arguebant impudentiam, mo-
 nebant, ut Dei mandatis attenderent, iustum esse
 Deo obedire, tantum Dominum metterent, ca-
 verentque provocare, sibi certo certius animum
 inducerent, quod illos in peccatis hinc tolleret
 morte inopinata, fide indubitata traderent illes
 manere ignes, & ignes sempiternos. Audiunt il-

li prophetas, & peccatis suis adharēt perira-
 ces, iradent concioi aortes, dicunt: Illeum hic
 mos est, vocilerari, tertere, prannuntiare: Cæuete
 vobis ab inferno, à subitanea morte, & illi ipsi
 minas, terrore que re. petebant prædicatores, iō-
 eo illos excipientes, quam pereleganter decla-
 mat ac dic. bat: Quidiam vobis non liberum
 arbitrium tan mors veltura nobis nisi ijs? An non
 facile illā horā peccatis renuntiare, Deumq, in-
 uocare? An non illo tempore possibile mulierem
 deserere impudici am in iuste parta reparare, de
 sceleribus contritionem excitare saniozem? O
 forttem veltam miserandam! Vnde & propheta:
 Propter hoc audite verbum Domini viri illo fores
 & c. Dixistis enim: Vere ssumus sedus cum morte, &
 cum inferno fecimus pactum: Flagellum inuadant
 cum transferri non voret super nos: quia posuimus
 mendacium spem nostram, & mendacio protecti
 sumus & c. Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur
 vincula vestra: consummationem enim &
 abbreviationem audiuistis à Domino Deo exercituum.
 Audite me viri illo fores. O quam conuenienter
 te hoc nomine del. ribit propheta: vere etenim
 videris Deum nāo sus. endere, eius Evangelii,
 minas, promissa irridere, cum illa tantilli facias:
 Viri illo fores. Quia, Salomon testatur, Quasi per
 risum stultus operatur scelus. Contemptores arti-
 fores, de quibus sapiens: Impius cum in profumū
 venerit peccatorum, contemnit. Vel dicamus quod
 alludat propheta ad generos Lot, quibus cum
 senex ille præcōsuleret, sibi cæterent, Sodomis
 excederent quod si n. lient, certo scirent se cum
 ceteris concremandos, hanc eius præmonitionem
 risu excep erunt arbitrati, hæc illum tantum mo-
 do dicere comminatioe, & velut mater puero
 minatur, cauet sibi à laruis seu spectris: ait il-
 lis Lot: Surgite, egredimini de loco isto, quia delobit
 Dominus civitatem hanc. Et visus est eis, quasi la-
 dens legum, Viri illo fores, qui cum Deo irrisore a-
 giti, odie melio. a pronuntientes, & eras men-
 tiente, mille ei telaphos impingentes vobis per-
 suadentes, licere na cum Deo conuertiari, velut
 cum infante, cui alapam iustingens, illico cu-
 pedijs scelas cont. itatum eo quoque modo cre-
 dis Deum vna lacrimulā, & inconsanti placare
 proposito? Viri illo fores. Si videres peregrinū,
 magis si patum caterua accedentem hospitium,
 cui præter aliam nihil sit in ma. s. pio, velut tamē
 sibi opiparum præpar. n. unium, to ique i. h.
 n. titudini a. terri per. tees, pat. bnes iudicos,
 pharias aues, & allinas, bellas a, quæ ut dicit
 omnia suff. dei ter. pest. luet; Si quærete, qui-
 bus (quæso te) me. ijs, cum tibi non sit nisi af-

59

Isa. 28. 14

Pro. 10. 21

Pro. 18. 3

Gen. 19. 14



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

II.
Similitudo.

sis? Domine, hospes vir est honorabilis, dabitque mihi quaecumque uolero pecunias. O te rationis impotem o te detestorem! Tu es ille vir: Accessisti ad huius mundi hospitium tuis affocatus sensibus anima que poteris, expensas cogitas immensas, conuiuia requiris opiparata, diuersa feruola, quibus tuum expleas appetitum, & inordinatis satisfacias concupiscentijs. O que expensas facis illis peccatis, quae quotidie committis, ut ad miram solutionem nulla sint facultates in omnibus regum thesauris, sed nec Angelorum in caelo, addo creaturarum omnium, sufficientes. Dico mihi (rogo te) quare ratione haec omnia persolues? Cum non nisi tertium habeas, hoc est praesens ipsum instans diuinitas? Domine, Deus dabit mihi tempus, lucem, gratiam, spatium sufficientis confitendi, communiandi, de rebus meis disponendi, damna illata reparandi. O te derisorium, haec uere tua sum? Cum ipsius hospitis pecunia, confidens te illi satisfacturum? Tempus venturum, nescis non est tuum, nec ut de eo disponas vlla uales praestare, sed nec quidem scire potes, quid de eo futurum sit: *Non est uelleum nosse tempora uel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.*

Act. 1. 7.

60
D. Tho.
Opus. de
erudit.
Li. 5. c. 8.

Expendit Doctor Angelicus uerba D. Berni. *Quid de futuro miser praesumis, tanquam Pater tempora & momenta in tua, & non magis in sua posuerit potestate? Irasor censetur ille qui tibi diceret, Permite mihi ex bonis tuis expendere mille ducates, illos enim tibi restitua ex classe, quae soluit ex Indijs in regis subsidium. Quid ergo stultule, num tibi liberum praesumis de regijs opibus gazisque dispensare? En habes rationes cur vos Sacra pagina uocet: Illusores. Audite uerbum Domini uiri illusores. Hoc claris exponit, addens & tuos enarrans coputus, quos in futurum colligis, quibus te credis securum: *Qui derisisti, Percussimus te sedus cum morte, & inferno seculum pactum, flagellum inundans cum transieris, non ueniet super nos.* S. uiti, uaniloqui, qui uobis applauditis de foedere inito cum morte & pacto cum inferno vel demonio, ut sic intelligit D. Gregor. & cum infirmitatibus, quas uocat*

Lib. 17.
mor. c. 12.

Flagellum inundans, quae pertranscunt. Dico mihi, quare ratione fieri possit, quod tanta uitas securitate, cum scias in momento temporis te a morte posse praecipitari? Vide ut ne tibi quod foedus percusseris cum illa, quod non sit uentura nisi te praemonito, & bene preparato, disposito ac longa prauias infirmitate? An minus auxiliis, sollicitus, diligens uiuere posses, quam

modo uitas, si foedus cum morte percussisset? Optime dixit Spiritus S. quod securi peccatores in suas corrumpunt iniquitates, quasi qui cum morte foedera sanxissent: *Sponsiones posuerunt ad illam, Eodem modo, si sapio, pactum iniit cum diabolo, & inferno.* Cum illo pactum iniierunt primarij nostri parentes, qui proposuerunt eius consensum dare persuasoribus: Quia cum illo conuenerunt quod non morerentur: *Nequaquam morte moriemini: Tecum hoc pactum non dixit? Nequaquam moriemini: Videt enim, quod in hoc ei fidem non daret, sed quod non tam subito moreris, tempus tibi facienda penitentia, peccatis renuntiandi, fuit restituendi, futurum superfluum, nihilominus uitas securus, quasi cum illo foedus percussisset. Num speras flagellum inundans infirmitatis, tam graue non futurum, ut tibi iudicium eripiat, aut disponendi tua negotia aut ad bonam mortem te preparandi potestatem?*

His ita tibi propositis, ait propheta, *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protulimus. En in quo confidas, in fraudulenta diaboli caru que tuae promissione, quae tibi iurat: Tempus habebis, locus erit postmodum, & in instanti peccata confiteberis: & haec promissione te defendis, quando quis te de mala peruersaque uita redarguit, quando te monet praedicator, quando Deus intus ad cordis tui pulsat ostium, istaque concurrit animam fortiori: ut dicas. Non dico me peccatis non abrenuntiaturum, aut penitentiam non acturum, sed quod modo non: tempus mihi est, locusque & opportunitas dabitur, non modo mortis, plures mihi dies adhuc supersunt, cum uita mihi hora sufficiat, uiciniue illam Deus assignet peccatori: *Si impius egerit penitentiam, in quacumque hora ingemuerit peccator.* O uiros imprudentes infelices! finem habeant ioci: *Et nunc nolite illudere, cessent risus cessent scommata.* Ut uideo tangit salutarem illam Sapientis admonitionem: *Ne impid agas mihi: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Quod homo semel in peccatum labatur, nemo ruratur, ac si saepius, in eoque per annum integrum indurcat, hoc est est: stultus, & illusorem. Caveamones, *Ne moriaris in tempore non tuo.* q. d. S. bitantia, uehementisque te mors inuadet ut tui compos non sis, nec tuarum dominus actionum.*

§. 30. *Moriatur in peccatis suis, qui ea multiplicat, ut nexu cecus quos in hora mortis non liceat rescindere, sed dissolvere.*

61 **A**t tamen aliam nolis suggerit propheta rationem, quæ naris hoc explanat: *Ne forte constringantur vincula vestra, consummationem enim & abbreviationem audisti à Domino.* Iam diximus peccata, vincula esse, nodos ac laqueos. Quando merite cõmittis, tibi laqueum iudicis stridum fortissimum, quando in idem relaberis, illum fortius stringis, quando ex consuetudine peccas, in arctissimam conuertitur catenam, ut dicat D. August. te ab illa posse liberari, esse distillimum, imo teste D. Bern. ea de causa S. Scriptura in iis locis, quæ citat, videtur inter impossibilia non errare. Idcirco contumeliam omnia Apost. *A heri, amicus vos metipso per singulos dies, docet hodie cognominatur,* venos peccatis expeditur ne forte constringantur arctius vincula nostra: *Ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Vana deceptio spe quæ nos peccatum deludit, temporis ac opportunitatis agendi penitentiam.

Notat Orig. hæc verba Hier. quæ superius attigimus: *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, excavatum super lantui tuam cordis eorum.* Si capio, significat propheta difficultatem liberandi te à peccato quod commisti. Si peccatum aramento vel in charta scriberetur nullo negotio deleteretur, porro scriptum stylo ferreo, & in vngue adamantino, quanto magis igitur, quâdo se extēdit, agnoscere radices, quo totum cor occupet. Quando radices arboris sese radicem complectuntur, & inter se stringuntur sub terra, illa extrahere, si valeas. Aliud huc latet, quantum sapio, mysterium, his enim verbis Vates Euangelicus tali modo sui temporis loquebatur peccatoribus, ut magis videretur illa dirigere ad nos qui sub lege gratiæ victimus. Instruit Christus Dominus remedium peccatis nostris efficacissimum, sacramentum sc. penitentiae. O supremum remedium! O fortitudo celestis! O misericordia immensa eius qui nobis illud protulit: tam universale, quod omnibus peccatoribus, peccatisque omnibus medere videtur de quo suis asseruit Apollolis, & eorum nomine cunctis eorum successoribus ministris futuris: *Quæcumque solueritis super terram, erit soluta & in caelis.* Generale remedium, efficax medicina. Nota tamen, quod diuina quâdam sapientia vultus fuerit Christus illo verbo, *Soluere*, ut postmodum dixit de iumentis soluedis, die Palma-

rum: Soluere & adducite mihi. Licet communi Matt. 21. proverbio dicamus, tantum valere, nodum distendere ac soluere, in hoc tamen casu diuersam habent significationem: Non enim habet Aliud est potestatem Confessarius absolutam, ac facultatem absolventi pro libitu suo peccatorē, unico dissolventi peccata rescindendo, & nihil circa illa super aliud paraddendo, sed bene eorum nexu dissolventi rescindendi, illis vngues innectendo quasi qui nodum distendunt, soluat arctissimum. Est etenim Confessarius iudex & ut iustam ferat sententiam, penetrare, persecrari, & in mari debet peccata eorumque qualitates, ac eorum peruersam tangere malitiam, Det iniuriam, illarum tibi ipsi damnum, datum proximo scandalum, attendere qua ratione reparandum, Deo pro contumelia satisfaciendum, illi fama restituenda, alteri bona, alteri iniuria & damnum alteri.

Hoc non est adeo leue, sed magna difficultatis opus & tanto magis, quanto hæc vincula arctius constringuntur, & nexu horum strictius illaqueantur, ut sapius miser hæreat. Confessarius animo perplexus, anse ob culpæ gravitatem ad speciem, aliàs propter malitiam eorum in executiōe, deinde ob damnum proximo illatum, & ut nulla fiat compensatio. Quæ igitur ratione vis tu unico conatu, ac impetu, ut nequid tempus habes dicendi peccata, nec confessarius illa intelligendi, ac de illis nec tu quidem cogitandi, nexu hi distenduntur, formaque vincula distringantur? Cave tibi si propheta: *Quia consummabitur & abbreviabitur audisti à Domino.* Quid secus dicit pharisæi Hebræam significat: *Audite mihi Domine dixerit, quod consummabit & abbreviabitur: scindet tibi filium vitæ quando te iuris, & cum solum tibi speras telam, illam sulcanca, infestaque morte abbreviabit.* Hoc dicitur Sacra pagina manifestat: *Iniquitates sua capiunt in primum. & sumibus peccatorum suorum constringitur.* Legunt Septuaginta: *Catenis peccatorum unusquisque constringitur.* Quid autem hinc sequitur? *Ipsè morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine iniquitatis sue decipitur.* Iridentur in illos, & omnes computes eius rationes in nihilum evanescent. Ea contigisse refert veritas Christus illi parum sapienti, qui evanid securus conputus suos facielat vitæ durtioris, multosque sibi ventros arrogabat annos dicens: *Anima habes multa bona posita in annos plurimos requiesce, comedere, bibere, epulari.* Tantò felicitatis celerius, que vox de caelorum, quæ illa eadem hora momento tenentis vitæ

Matt. 18. *Quæcumque solueritis super terram, erit soluta & in caelis.* Generale remedium, efficax medicina. Nota tamen, quod diuina quâdam sapientia vultus fuerit Christus illo verbo, *Soluere*, ut postmodum dixit de iumentis soluedis, die Palma-

Prov. 5. 3.

Luc. 12. 19

D. GREG. vita tela succi dunt: *Stultie hac nocte, animam tuam*
reponent à te: qua autem parasti, eius erunt No-
 Euan. runt omnes ex D. Greg. excorandum exitu pa-
 II. tris nobilis illius Maximi, cui viam incedes per-
 Exempla ditionis, subito à Deo morbo in lectum deiecitur:
 & dum de animæ salute agere conatur, videns
 rem esse multi temporis, multosque nodos e-
 dissolutendos, tempus quoque vite suæ breui fi-
 niendum, sic ut nec sibi cogitandi de peccatis suis
 adesset opportunitas, quanto minus ut illa verã
 penitentia dilaret; ecce in lamentabiles hæc
 voces erumpit: Domine: *Laducas vsque mane,* &
 hæc dicens, expiravit; cui Deus nec horam con-
 cessit penitenti, sed nec tempus, ut vel semel
 de præteritis oculos ad cælum suspirans attolle-
 ret. Nô hoc ideo permisit Deus (inquit D. Greg.)
 pro illo, qui subito perijt: sed ut tu quoque con-
 sideres, tibi posse idem obuenire, tibi que persua-
 deat, quod monet Apostolus: *Dum tempus habemus, operemur bonum.*

Ad Gal.
6.10.

¶ 63

Apolo.
6. de
David.
e. 10.
Matt.
24. 20.

Conformiter huic doctrinæ eodem loco ex-
 ponit idem D. Greg. illud Christi nobis datum
 consilium, quod ad rem quoque perpendit D.
 Ambr. de David: *Orate ut non fiat fuga vestra in*
hyeme, vel Sabbato. Prædicat Christus in hec
 tristesq; successus civitati Hierusalem obuen-
 turos calamitatem Iudeos ob prædictæ culpam
 oppressuram, venturos copijs instructos i ami-
 cos, Romanorum exercitus, ciues destruit ad ex-
 tremam redactos, animoque consternatos, eorû fle-
 tus gemitus, eiulatus, at vicium erit (inquit) hoc
 vobis reueditum: primum velocitas, fuga vobis co-
 sulite, provide Dominum orate, ut vestro hoc a-
 gere possitis nisi in comando, nulloque ne-
 gotio: *ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabba-*
to. Tempus enim hibernum fugæ minus est cõ-
 modum, dies enim sunt breviores, ætè nubibus ob-
 ductus, continuis imbribus inflamur riu, repe-
 stas ingruunt, quæ terreat, & retropellat equos
 generosissimos, milleis occurris, ac immergeris
 volutabris. Sed neque aptus est fugæ dies Sabba-
 ticum enim esset quieti institutus, non nisi ad
 o nulla passuum licitum erat proficisci, & quæ
 pluribus incedere cogebat imminens necessitas,
 magno illi hoc erat in pedimento. Hæc Iudeis
 Christus prædicat, illos præmonens de calamitati-
 bus, quæ eos moneret à corporalibus inimicis
 infligenda: *Orate ut non fiat fuga vestra in hyeme*
vel Sabbato. Attamen potiori vestrate ad nos hæc
 verba diriguntur, quibus præ auct ut nobis pro-
 spiciamus & ten-petivæ à spiritualibus angustijs
 penitus liberemur incolumes. Ignoscat mihi
 Deus: In quam tua te coget peccata calamitate,

tui & fortissimi, & crudelissimi inimici, illisque
 demones associati, qui tuæ tantum inuigilant per-
 ditioni. Quam tibi vltima discessus hora cetera
 opponit: omnia enim tibi oculis subijerent specta-
 da, hic puella desolata, honestam alterius vxo-
 rem depravatam, pauperem denudatam, pomen
 Dei blasphemis impetum, beneficiorum eius
 contemptum, eius clamoribus surdas aures, celi
 oblivionem, ad sola terrena affectus inordinatos.
 Tum temporis illi tibi ostendent inimici, quam
 tibi aduertantur voluptates, delicia, lucra, quæ
 tibi velut amicos habuisti.

Si Davidem (inquit D. Ambros.) tanta de-
 pressit angustia toto vite suæ tempore, viciam,
 quod commisit peccatum, ut etiam post lachry-
 marum rivulis elutum, tristis adhuc ingemisset:
 Peccatum meum contra me est semper. In quas te
 non compellent ea amitates, tot à te pataria cri-
 minia veandissima, quæ nedum penitentia la-
 chrimis non eluisti, sed in illis pernix consi-
 stisti. Quæ demonum legiones tuæ bella suscita-
 bunt fiduciam, cum illam quoque fundando in
 bonis operibus, nulla in te reperies à Deo remu-
 neranda, sed innumera scelera ignibus casti-
 ganda sempiternis. Hoc est, quod ante diximus.
 ex ore Christi: *Veniens dies in te, & circumda-*
bunt te inimici tui. Hoc verbum: *Circumdare,*
 militia proprium est. Remedium tuaque salus
 in fuga consistit, per veram penitentiam, quæ
 fit duobus pedibus, intellectu ac voluntate ut
 præfati sumus. Cavete igitur (monet Chri-
 stus) *ut non fiat fuga vestra in hyeme vel Sabba-*
to. Ne fugere differas in hyemem. Non loqui-
 tur (inquit D. Ambros.) de hyeme, ut est pars
 anni, sed de infirmitate: *Hyems non temporis, sed*
infirmitatis, quæ sol intellectus obnubilatur, stel-
 la sensuum obscuratur, pluvie dolorum per-
 narumq; imbres, torrentem inflant, qui cunctos
 dissipet discussit, febres excitant volutabra, quæ
 itinera tibus iter præcludunt: *Est hyems non ter-*
renti solis, sed menti, quando animus frigidus illabi-
tur, quando vapor animæ evanescit, quando soluitur
vigor sensus, quando nimius humor exundat,
& mentem gravat, quando interior caligat ad spe-
ctus. Plurimi figendi sunt passus, latissima regio
 percurrenda transeundum tibi à delicijs ad do-
 lores, à voluptate ad penas, ad execrationem ab
 amore. Voluntas pes intellectusque plures debet
 pressus figere, cognoscere commisi peccati respectu
 Dei exercende. Simulter & voluntas longum de-
 bet iter suscipere, spei, charitatis dilectionis erga
 Deum, odij contra peccatum, fatis factionis tam
 cul-

et ipse contra Deum patrat, quin damni proxi-
 mo illati. Ne differas in diem Sabbat, diem quie-
 tis, horam mortis ultimam: quando iam sensus fa-
 tiga i contabescunt, intellectus humoribus op-
 pressus, qui caput conturiant, victus succumbet.
 Lethargia voluntas obdormiscet quasi sepiam
 movere incapax, infirmita consideret, dissolutione
 & fortissima pusillitate obruta elanguescet:
 D.Ga. *Memento te (ait D.) reg. ad conscientiam suam epilo-
 gium, quid veritas dicat. Orare ne fiat fuga vestra
 huiusmodi vel Sabbato. Per legis quippe mandatum, am-
 bulare longius Sabbato non licet. Hyems quoque ad
 ambulandum impedimento est, quia gressus ambu-
 lantium corporis frigoris adstringit. An ergo Oratez
 ne fiat fuga vestra huiusmodi vel Sabbato. Ac si aperte
 dicat: Videte ne tunc queratis potentiam vestra fugie-
 re, quando iam non licet ambulare: Illud ergo tem-
 pus quo fugere non licet, modo debet cogitari, dum
 licet. Illa hora nostri exitus est semper inuicenda, ista
 Rex optoris nostri admonitio, ante mentis ocu-
 los semper est ponenda, qui ait: Vigilate utique,
 quia nescitis diem neque horam.*
 Hoc eodem argumento conatus est D. Greg.
 ad mentem revocare saniorum Venantium, qui
 monachus cuculum exuerat, factis Cancellarius
 Italiae, salutis anime suae profusus incurtus, &
 prefata Christi verba perpendens tandem conclu-
 dit: In huiusmodi ergo vel Sabbato fugere conatur, qui
 iam districti iudicis, tunc appetit fugere, quando
 ei iam non licet ambulare. In eo vero quod Do-
 minus ait non differendam fugam de inimicis in
 Sabbatum, tangere illum opinor illud, quod ipse
 decreverat, quando populo de caelo pluit manna
 in alimentum, panemque quotidianum: praecipit
 enim Moysi, cunctum populum praemoneret: ex
 eo quod Sabbatum, dies esset quietis, nemo differ-
 ret colligere manna in sui alimentum usque in
 diem Sabbati: illo quippe die non inveniretur, sed
 prouidi die illud colligerent antecedens, nempe
 Veneris: *Requies Sabbati sanctissima est Domino
 cras, quidemque operandum est facite. Qui obe-
 dientes inuenit, ita fecerunt, ut Moyses dixerat,
 & fuit illis abunde proculum. Erant autem & ali-
 qui partum creduli, qui dicerent: cras quoque dabi-
 tur oportunitas: licet enim sit dies quietis, licet
 nihilominus nobis de cibo manna pro ihere, & se-
 del. los doluerunt, egressi quippe ut colligerent,
 manna non inuenierunt: Venitque s. prima die & e-
 gressi de populo non inuenierunt. Vacui domum re-
 dierunt. Conceptus est hic D. Gregor. Nissen. O
 mortis hora, tempusque inlirmitatis: hoc enim di-
 citur dies quietis: constat etenim nihil tunc tem-
 poris iam desiderare oportum, nam partum quiesce-
 Hieron. Bapt. de Lanua Tom. 11.*

re, ad hoc intenditur ut dormiat, ad hoc amouent,
 strepitum, domum familiamque compefcunt, ad
 hoc inungunt tempora, ut parum conquefcant.
 Ne quiesco, mereris in illam horam animae tuae
 colligere, ne cessata: fieri enim potest, ut egressus
 non inuenias, vacuumque te redire in periticas:
 Quere Domini dum inuenis potest, inuocare
 eum dum prope est. Interim dum iam sunt animae
 pedes, intellectus, sensus, voluntas: qua te Deum,
 tumque subsidium. Interim dum vales iudicio,
 memoria recentis: sensibus integris, Deum inuoca:
 si enim differas usque dum omnia obtunduntur,
 tu vero magis ut quiescas quam ut labores ido-
 neus sis: maxime periclitaris.

§ 31. Morietur in peccato, qui illud, ut Pharaon
 mare ingrediatur eiusque manibus occidetur,
 velut Saul Amalec.

Demum ait David: *Cognoscetur Dominus in
 dicta faciens, in operibus manuum suarum.* *Sal. 9.
 comprehensus est peccator. Opera manuum
 eius sunt peccata & fraudes, quas orditur, iniqui-
 tatum. Ut arbitror tangit vates rex illud quod
 Spiritus S. narrat contigisse Pharaoni contuma-
 cia, quem praefectorum ac reproborum bene dixe-
 ris prototypum. Peccator erat obfirmatus, cui co-
 uertendo non sufficiebant minae, nec promissa,
 nec supplicia, nec miracula eo spectata: te patrat:
 heri malus, peior hodie, oretentis promebat haec
 verba, necessitate compulsus: *Cras, cras, dimittam
 Exod. 8.
 populum.* Vox (inquit D. Aug.) coram reprobarum, 10.
 qui extra arcam remansit: *cras, cras, die isthero
 &c.* Tandem in obstinata malicia sua contuma-
 cior, mare ingreditur Dei populum perlecuturus,
 Deo multoties exersit agus ac rebellis festinato
 procedit, riget, inflat, maris profunda penetrat.
 Quando iam miris hbitimebat in eum iratus in-
 surgit Dominus: *Respexit Dominus super castra
 Aegyptiorum per columnam ignis & in eis ciner. Exod. 14.
 fecit exercitum eorumque subuertit rotas currum, 14.
 ferebanturque in profundum, q. d. ex illa columna,
 qua erat velut thronus Dei, & populum ducebat
 Hebraeorum, emisit Dominus horrida tonitrua,
 flammantia fulgura in Pharaonem, eiusque cur-
 rus, quibus illi disspabantur, distringebantur, ro-
 taque luxabantur axes eruebantur, quibus perfidus
 ille Pharaon in maris profunda deiecebatur.
 Agnoscit fetor, tandem infelix Deum, culpam sa-
 tem peccati, viam malam ingreditur, Domini
 persequentes reuertantur, repedandum. Exod. 14.
 Fugit Pharaon, Dominus enim pugnat pro eis. 25.
 P. Cum**

Cum iam curtus essent dissoluti, axes rotæque diffracta, regressum medi abatur, nec ingredi potuit multum erat ei remeandum, iam enim profundius erat ingressus, multi in hunc tineris confecerat, quo sua eum peruersa agnabat voluntas, & nec poterat, vel pedetentim ad unum passum procedere eum essent carreae dissipate quadrigari. Quid acturus? subito conglomerantur aqua, Pharaonem absorberent, corpus ad ima demergitur profundum maris, anima vero abyssis inferni deuota sepelitur. In hoc actu, perpende, quia ratione Deus quem tanto tempore Pharaon negauerat, ac eiurauerat cognitus sit nimirum, quando de eo meritas penas sumpsit & illum ipsis malitiae suae passibus & operibus irretiuit.

Hoc idem in te ipso poteris experiri: *Cognoscitur Dominus iudicia faciens, in operibus &c.* Pharaon es tu lapideus, obduratus, heri malus peior hodie, concubinariis ante praeterito, hoc verò leotatos impudicus: gaudens quod tali fruaris, lacus te honorari ob proditorias actiones, in utilitatem tuam, tibi creuisse diuitias: dies tuos transgressi totus Dei tui immemor, gloriae caelestis oblitus, quam sibi seruiens ibus preparauit amplissimam, sed & suppliciorum, quibus maleuolos perdet durissimis. Omnis tua actio, Deo, eiusque praecipis contrahit, ut nec tuis minis melior, nec promissis euaderes sanctior, vox erat illa tua quotidiana cum Pharaone. *Gras, Cris &c.* Cave, ne in spinato immitat tibi Deus subitam, seuamque rempestatem, infranctam acerrimam, quae animae tuae curtus dissoluatur. Curtus hic corpus est (interpretare D. Ambr.) in quo residet anima, in illo videas rotas sensuum interiorum, & exteriorum, quibus illa seipsam monet: quippe in suis actionibus in hac vita dependet à corporis potentis, & diffractis autem sensibus, nec valet discurrere, nec intelligere nec vel passum procedere. *O bone Deus,* & quam ad inuitos passus iniquitate processisti & quam profunde intrastis & quot gressus, quanta vis necessaria, ad remeandum tantum quantum progressus es inuenis? Attamen subuertitur tota, somnus te lethargicus opprimet, ut non sit qui te possit excutere: vertigo capitis quae te conturbet, apoplexia, quae potentias obtundat, ut nec tui ipsius sis compos: quid agis omnium miserrime? Qua ratione tantum inuenis repedabis, quantum in malitia processisti? Qua ratione telam longam succides, quid potes credere, nisi quod mortis aqua: tibi occurrent, & corpus quidem ad profunda descendet sepulchri, à vermibus erodendum, anima verò ad infernum inferio: eum daemonum futura perisema. Ita de illis Iob yati-

cinatur: *Apprehendet eum, quasi aqua, inopia, non de opprimet eum temp. sua.* Ita. S. refert pagina 20. faris contigisse virginibus, quae minus prudentes sibi de oleo prouideret prius neglexerant, *Dom autem irent emere, venit sponsus,* sic ut tempore non adessent. Haec omnia ex opinione D. Hieronymi praefate dixit Spiritus S. per Sophoniam, illud commemorans, quod in hora mortis talibus obueniet sceleratis: *Tribulabo homines, & ambulabunt ut caeci: quia Dominus peccauerunt &c.* *Sophon. Sed & argenti in coram, & aurum eorum non poterit eos liberare &c. qui a consummationem cum seruatione faciet Dominus.* O terribilia verba! Ego Dominus, quando talibus vltima illuxerit hora, tribulabo eos. Et quae, quælo erunt haec tribulationes? *Ambulabunt ut caeci, qui cæci quia Dño peccauerunt.* Ut caeci ambulabunt ob maligna grauique, quae commiserunt, crimina. Quid his verbis significas? Ego sic interpretor respondet D. Hier. *Ambulabunt ut caeci, qui cæci quia Dño peccauerunt, & hoc patientia non habebunt, & hoc patientia quia Dominus peccauerunt.* Quid boni speras ex caeco, qui in syria molesta ac imperua à leonibus vrsisque agitatus, huc illuc, quæ quæ fugiat, manu tentat incertus? Credidne viam inuenturum, quæ fugiat, quæ te eripiat, seruetque inoffensum? Iam seruo de peccatoribus sententiam.

Tangit, meo sensu, historiam Sodomitarum, 65. qui adeo in omnem libidinem ferebantur effrenes, ut ipsi Angelis in inferre, domumque Lot perferre conarentur, quos Deus mira protius ac noua multatam cocitate, ut cum postmodum domum reuerti vellent, nullus eorum ostium domus suae reperire poterit, adeoque ut nec semel oculos ad illam possent reflectere. sed subito illos caelestis ignis absumpsit obduratos: *illi in feribus iusti, cum subitaneis cooperitis essent tenebris, unusquisque ostij sui transitum quaerebat.* Rarum supplicium adinuitanda cocitas, ex subitaneis nata tenebris, quibus obtenebrabantur, ne ostij sui transitum viderent, ac proprias ades ingredierentur. Hoc illis manet supplicium, qui totas ad explendas suas egressi voluptates, velut alter prodigus, dum mentis oculos ad conscientiam reflectunt, animaeque cogitant conuersionem, tenebris cooperientur, perturbant, errabundant, nec quam intrent, tantam apertam inuenient, nec videbunt, quid illis ad animæ salutem sit petagendum: *Tribulabo homines, & ambulabunt ut caeci.* Consilij acquiesce, chatissime. *Varis Hieronim: Dase Domino Deo vestro gloriam antequam contemere fecerit, & antequam essendant pedes vestri ad montes caliginosos, expectabitur lucem.* Heu, quales montes, 16. quauis.

gravis rubetis oblitus, quam ascensu difficiles
 asperisque ostendit extremam mortis horam, quam
 erit mors acclivis, multo erant egerere pauperum
 bona quam altum, illius oblitus, quam pec-
 catori inculpata habuisti, cordis tui delicias? Quam
 sperosum oblatam puellæ famam relinque? O
 montes altos, quia difficiles, obscuros ac caligi-
 nosos; quis enim conveniens apponet remedium,
 & ad locum suum tot tantaque restituet, quæ
 modo sunt inordinata. Quin factus priusquam his
 involuatis angustijs, ad te ipsum revertere, Spi-
 ritus S. attende confitio: *Ante mortem confitere. A*
mortuus, quasi nihil perit confitio. Confiteberis vi-
viens, vivens & sanus confiteberis, & laudabis
Deum, & gloraberis in miserationibus illius. Quam
magnam misericordiam Dominus, & propitius illius co-
mittentibus ad se. Magna Dei misericordia, eaq;
 tanta, ut nec eam lingua valeat exprimere: ut
 vero illam consequaris, peccata confitere, ante
 mortis tempus deitatem age penitentiam: *Ante*
mortem confitere. Illa quippe iam instante, sape
 minus instructa est potentia, forte quæmet, ut
 sensibus non valeas, & mentis inops confessario
 criminum tuorum nequeas reddere rationem.
 Tempestive de animæ salute esto sollicitus, & in
 Dei miserationibus exultabis. Opportune peccat-
 um interame si enim illud vivens non occideris,
 ipsum te extremis hærentem angustijs enecabit.
 Non stricim prætereamus circumstantiam,
 quam diuinus sermo commemorat in morte Sau-
 lis. Prælium iussit hic Rex contra Philisthaeos, at
 finitro matre; terga etenim vertit eius exercitus
 hostibus, ut vidit autem copias suas casas, seipsum
 arrepto pugione iniecit, corruensque mortuus
 est. Aderat enim temporis adolescens, qui arbitra-
 tus, læta se Davidi nuntiarunt, si persecutoris
 sui acerbißimi necem ocularis telis indicaret:
 hac quippe in regni totius Israël pacificos intrat-
 ret possessionem: tulit de capite Saul regium dia-
 dema, & nullamque auream de brachio, tradidit
 David. *De a se Domine mihi Saul mortuus est. Unde*
nolli? Casu veni in montem Gelboë: cuius ego
ille qui morientem laucinaui: vidi quippe eum
lanceæ incumbentem proprio madentem sanguine,
mortisque doloribus anxiatum. Vidi me, & ut
potuit, ad te auar: per conuictatis. Quisquam es tu?
Ad eum, Amalecites ego sum. Cum igitur me
tot cernas vulneribus confossum, Sic super me. Et
interfice me. Vita mea finiat & poena: Sicut que
super eum occidit illum. Et. Et tui diadema quod
erat in capite eius & armillam de brachio illius &

atque ad Dominum in. m. huc. Monet hic dubium
 Philo. Quis illis adluxit a malecitem illum? Bel-
 lum hæretat contra Philisthaeos, quod hic nego-
 tij illi Amalecitas, cuius iam Saul omnem perdi-
 derat memoriam? Vterius ad quid accurrit Ama-
 lecites in hora mortis extrema Saulis? Quis cum
 illi obiecit? Deinde, cur ab eo querit Saul: *Quis-*
nam es tu? et qualis qualis fuerit, aptus esset ut ei
 vitæ adimeret licet fuisse Chananeus, aut Phero-
 feus &c. Præclarum hic latet mysterium, ait
 Philo, & intelligendum nobis est, quod licet
 adolescens indicat, se casu illo venisse, verum-
 tamen respectu Dei, minime sic euenit: summâ
 enim Deus hoc disposuit providentiâ, quod no-
 bis videtur esse casuale. Res autem sic se habuit
 præcepit Dominus a multis retro annis Saul, ut
 gladio strigente cunctos interficeret Amaleci-
 tas hostes suos, ut nec vni quidem vitam conde-
 naret: ille vero huic præcepto parum obediens,
 eorum aliquibus vitam concessit, ut putabat mise-
 ricors. Sic enim Deus perfide, noluit si vivus, arma-
 tus potestate cunctos meos inimicos interne-
 cione delere Amalecitas sed in mei nominis se nasti
 vius ignominiam? Dum igitur mortalibus urge-
 beris angustijs, eorum totus immemor. vnus ac-
 curtet, cuius non te cor labaris, hic te transfodiet
 vitæque adimeri inaspicito.
 O Christiano, quam serid, quam saepe tibi
 mandat Deus, ut omnes eius interficias inimi-
 eos, peccata tua, ne vel vnparcas. Hæc audis,
 & recalcitras, qui nedum illa non demolis, sed
 & alis & conseruas integerrima. Quam incolu-
 men illum seruas concubinarum, ut nec vnquam
 illum volueris ablegare: Quam arde seruasti bo-
 na aliena, ut nec vnquam volueris iniurijs à te
 laesitio satisfacere? Que tua illa contumacia in
 peccatis perseverans. Tu illa, dum potes, non
 occidis, illa igitur dum mortis contorqueberis
 angustibus, se tibi offerent, erudaque movebunt
 proli: Prohibet in medium illa à te puella viola-
 ta, illa marito iuncta, sed à te ad inhonesta al-
 lecta; pauper opprellus, Ecclesiasticus infamatus,
 & quæ fueras oblitus crimina, prodibunt, te in-
 terficient & in peccato monent. Eia igitur tam
 seuum hostem occidit. Qui enim suo blanditur
 inimico eius corrumpit manibus. (a) Tempestive
 peccata tua confitere, animæ tuæ repara damna,
 dum tibi adest facultas: per hoc enim ipsa in hac
 vita vitam assequetur gratiæ, & in altera gloriæ
 sempiternæ. Amen.

Lib. de
 antiq. heb.
 licu.

17.

66

22.

(a) Quia
 à se ene-
 migo po-
 pa, en sus
 mios
 muere.

